Visitatio facta vigore
commissionis Archiepiscopalis
et praevio placito seu Decreto Regii
Consilij Luxemburgensis per Rev.
Dnum Suffraganeum Dominum
Henricum Anethan Annis
1676 et 1677.

5

15,83

Archives nationales de Luxembourg (ANLux), SHL-Abt15-0083

PUBLIC DOMAIN

15, 83

Anno Incarnati Verbi.

Milleſimo ſexcentesimo et ſeptuageſimo ſeptimo Pon:tus S:mi in Xto Patris ac Dni Innocentij P. XI.mi

Primo.

Rev.mus ac Perillustris Dnus Joannes Henricus Anethan Episcopus Hierapolitanus Vicarius in Pontificalibus et Spiritualibus Generalis, et offlis Trevirenſis, Praepoſitus liberi et exempti Caeſarei Collegij S.rum Simonis et Judae in Imperiali Goslaria.

Vigore Commiſsionis Archiepiscopalis de Dato 20.a
1676 Augusti visitandi totam Archidioeceſin superiorē et praevio quoad Ducatum Luxemburgenſem placito seu decreto Consilij Suae Regiae Maiestatis de 23.a Decembris 1676.

Visitationem seu sacrae synodi celebrationem sub districtu Decanatus Biedburgenſis inchoavit, omnia et singula annotari mandavit per me Joem Michaëlem

Heinster primariæ et Archiepiscopalis Parochiæ S. ti Laurentij M. Treuiris Rectorem SS. Theologiæ Baccalaureum biblicum, et formatum necnon S.tæ Sedis Ap.licæ Protonotarium.

Tenor Commissionis Archiepiscopalis.

Joannes Hugo Dei gratia Archiepiscopus Treuirensis sacri Romani Imperij per Galliam et Regnum Arelatense Archicancellarius ac princeps elector, Episcopus Spirensis, Administrator Prumiensis, Præpositus Weißenburgensis. Reuerendo in X.to Amico nobis dilecto Joanni Henrico Episcopo Hierapolitano, nostro in Pontificalibus, et Spiritualibus Vicario Generali, ac Suffraganeo Salutem in Domino. Ad regimen S.tæ Ecclesiæ Treuirensis meritis licet imparibus diuinâ nuper disponente Clementia uocati inter multiplices nostræ sollicitudinis curas, quibus statim ab ingressu eiusdem afflictis hisce temporibus assiduè premimur, illam pro nostro Pastorali officio inprimis suscipere



pere debemus, per quam gregem nobis ex alto commissum, ita spiritualibus, et salubribus reficiamus alimentis, ut maior semper exinde gloria Dei, et animarum salus ubique per totam Archidioecesin nostram iugiter promoueatur. Nos attendentes operis tam sancti, tamque necessarij effectum, nec melius nec certius, quam per uisitationem in dictâ nostra Archidioecesi instituendam obtineri posse. Idcirco de fide prudentia, industria, et pietate tua plurimum confisi, Tibi, uices nostras in domino committimus, ut nostro nomine, et authoritate omnes et singulas Dioecesis nostræ superioris quoad per moderna tempora fieri potest, potissimum uero nunc quæ in ducatibus Lotharingiæ et Luxemburgensi, usque annexis quatuor decanatibus, ut uocant gallicis situatæ sunt, Ecclesias, Parochias, et filiales seu annexas Vicarias oratoria, Collegia, Confraternitates, etiam monasteria utriusque sexus siue ordinaria, siue ex SS. Concilio Tridentino delegatâ, nobis potestate, hac in parte subjecta, hospitalia, Xenodochia, et quæcunque alias pias fundationes et loca, tam in personis quam

officijs Ecclesiasticis, reliquisq; ad diuinum cultum
obseruandum, et instaurandum spectantibus uisites,
Pontificalia, ubi opus et necessarium fuerit, exer=
=ceas, sacramentum confirmationis administres, alta=
=ria, Cemitaria, Ecclesias, oratoria, ac quaecunq; alia
loca pia reconcilies, delicta, crimina, scandala et ex=
=cessus, qui tibi per Synodales denuntiati fuerint, de=
=bite corrigas, morumq; reformationi prospicias, fa=
=ciens taliter in praemissis, ut uitiorum uepres, dis=
=cretionis tuae studio succindantur, et uirtutum semina
diuinâ cooperante gratiâ, uberius concrescant, nec
non omnia et alia, etiam quae magis speciale man=
=datum requirerent, exerceas, ordines, expedias, statuas
reformes et corrigas, quae in praemissis, et circa ea ne=
=cessaria iudicaueris, et quomodolibet opportuna.
Mandantes omnibus et singulis Abbatibus, Prioribus,
Praepositis, Decanis tam Collegiatibus, quam Rura=
=libus, Pastoribus, Vicarijs, Curatis, alijsq; quibus=
=cunq; Clericis nostrae iurisdictioni ordinariae sub=
=iectis in Virtute stae obedientiae; Gubernatores uero
et Consilia Regia, Commendantes et Duces bellicos,

Magistratus Politicos, Dnos temporales
et Potestates quascunq; Seculares quorum=
cunq; locorum debitè requirentes, ut te cum
libero accessu et transitu reuerenter et
debitâ cum veneratione suscipiant et tracten[t]
Tibiq; quoad, et quamdiu in locis eorum
administrationi et curae seu guberno et
Dominio subjectis commorari contigerit,
assistant, favorem et honorem, consiliumq;
simul et auxilium exhibeant, quo commodiu[s]
et melius nram voluntatem exequi et
eorum saluti servire valeas, atq; ita demq;
Tibi in omnibus respectiuè pareant, obediant
et obsequantur, proinde ac si Nos ipsi praesen=
tes et personaliter omnibus his interessemus.
In quorum fidem praesentes manu nra sub=
scriptas sigillo nro archiepiscopali communiri
jussimus et fecimus. Datantur in Arce
nra Ehrenbreitstein die 20. Augusti 1676
Joes Hugo A. E. T. (L.S.)

Der Königl. Maytt zu Hispanien Guber-
nator, Presidenten unnd Räthe dem Hertzogthumb
Luxemburg unnd Graffschafft Chiny; Allen
unnd Jeden, so diß betreffen mag, unnd hierumb
ersucht werden, grüß; unnd geben Euch sambt
unnd sonders hiemit zuerkennen, wessgestalt
der hochwürdig unser besonders lieber Herr unnd
freundt, Johann Heinrich Anethan Bischoff zu
Hierapolis, ihrer Churfürstlicher Gnaden zu Trier
in pontificalibus et Spiritualibus Vicarius
generalis unß zuverstehen gegeben, daß Er bey
gegenwertiger gelegenheit einer durch seinen
vorhabender rayß auff [illegible] entschlossen in seinem
vorübergehen [illegible] deß Decanats Bidburch ge-
[illegible] Pfarren zu visitiren, umb aldo so
wol daß heilig Sacrament der firmung auß
zu theilen, alß andere seinem Ambt obligende gebür
zu verrichten unnd unß hierüber ersucht hatt, Ihme
das darzu nodwendige unnd gewonliche placetum
mit zutheilen, Unnd wollen wir solches zu einer
löblichen unnd aufferbauwlichen werckh zu erhalten
geistlicher disciplin, die ehre Gottes unnd
eines Jeden Seelenheyl allerdings zubefürderen
begirich; Alß haben wir ehe und höchstgedr.
Ihrer Maytt obgl. Herrn Vicario generali gestatten
vergünnet unnd zugelassen, wie wir den hiem

vnnd krafft dieses bewilligen, zulassen vnnd
gestatten, die vorgemelte Visitation in gemeltem
Decanat Luxemburgh vnnd eingetheilten
Pfarren dieses Hertzogthumbs ins werck zu stellen
vnnd zu vollenziehen; Auch vnnd einem jederen
deren befehler in nahmen mehrhöchstg. Ihrer
Maytt ernstlich befehlendt, obgemeltem Herren
Vicario generali zu mehrerer frucht vnnd
würcklicher beforderung allsolcher heylsammer
Intention vnnd Verrichtung alle sein gründliche
gesinnen vnnd begehren, alle leibliche gehör
gebührlichen gehorsamb, hulff, beystandt vnnd
vorschub mit aller erforderter handbietung zu
leisten vnnd zuerzeigen, keinen weegs aber zuge-
statten, dass ihme vnnd solcher Visitation vnnd
was deren anhängig einiche verhinderung oder
widerstandt directe noch indirecte geschehe, oder
widerfahre, peinn der bey höchster vngenaden
vnnd anderer willkürlicher straff gegen die
Vngehorsamme vnnd Verbrecher vnnachlässig
vorzunehmen. Dan auch ein jeder sich zurichten
wohl wisse zu verhalten, dass der regierung ein
duplicat obgemelter Visitation deren in



dieses Hertzogthumb Lutzemburgh gelegenen Pfarren
wie allzeit geschehen, überschickt werden solle.
Geben zu Lutzemburgh vnter wolermelten Raths
auffgedruckten gegensiegell den 23.ten Decembris
1676 mehr vnterschrieben: Auss befelch C.
Ketschen

L. S.

Sequitur Extractus visitationis seu Synodi habitæ et celebratæ in Ecclesijs parochialibus intra Ducatum Lutzeburgensem Archidioecesis Trevirensis, Archidiaconatus tituli S.ti Petri et sub Decanatu Biedburgensi constitutas.

Biedeburgum

2da die January Ill.mus Dns Eps et visitator Archiepiscopalis, prævia ad populum exhortatione de causis et motivis celebrandæ Synodi juxta Tridentinum Sess. 24. cap. 3. de reform: et absolutione pro defunctis generali, ad ritum pontificalis Romani habita celebravit, ipsq; præmissis Confirmationis Sacramentum non solum matutino, sed etiam pomeridiano tempore, Christi fidelibus circumquaque affluentibus est impertitus.

Ecclesia realiter est visitata, erecta sub patrocinio B.tæ Mariæ Virginis

Collator prænobilis Dns et Baro de Brandeburgh

Idem Dominus et Capitulum Metropolitanū Trevirense sunt Decimatores.



Pastor Christophorus Birton habet ex decimis 3.am partem.

Altaria sex consecrata.

Duo scil: SS: trium Regum, et S.ti Eligij sunt dotata, et conferuntur à pastore, et Synodalibus.

Monstrantia argentea et deaurata.

Vasa sacra argentea.

Ciborium Cupreum.

Calices septem, omnes videntur esse de argento, et deaurati.

Fabrica Ecclesiæ recipit de annuis interesse sine pha„ra 573. florenos Luxemburgenses computatos per 10. stipheras.

Casulas 12.

pluviale unum.

missalia sex.

ante Venerabile est lumen perpetuum.

habet annexam loci Stahl, cuius patrona S.ta Lucia. fit ibidem sacrum de quindena.

recipit pastor 3.am partem ex decimis, et sesquimal=„trum tritici, et de quavis familia sestertium avenæ

Capella hoc habet suum calicem, qui est argenteus et deauratus.
Synodales eliguntur per pastorem et coeteros Syn=
=nodales.
Synodales seorsim adiurati referunt.
Quod pastor teneatur ad sarta tecta chori, ad na=
=vem decimatores, ad turrim vero coemiterium et
ossatorium communitas.
Item quod Dnus ~~pastor~~ Valentinus S^ti^ Petri, ~~DD.~~
Joes Patiens hospitalarius, et altarista primissa=
=rius Jaginus studant chartis.
Quodque ultimus omnia consumat, imo saepe ebrius
appareat de mane ex pridiana Crapula, et timea=
=tur eum celebrare de mane, et si post medium noc=
=tis biberit, vino adusto sit deditus, ut proinde
turpissima dederit scandala communitati.
Item Cirr Sonzo et Jacobus Schütz labore ser=
=vili violarint festa.
Item Theodorus Niersbach diebus festis faciat
vecturas.
It. Christophorus Fliegell, et Joannes Scheler



Synodales pariter excesserunt, uti et Theodorius
Hirschdorff.

ordinata.
Altare S^ti^ Eligij in medio templi consistens, et
prospectum populo prohibens transferatur cum
obligatione fundationis ad altare S^ti^ Nicolai.
2^do^ Pastor antiquum praeeminentiae jus parochiae
conservet, dum cum parochia S^ti^ Petri publicis
processionibus, alijsque similibus interesse obligatur.
3^o^ Parochiani dum maioribus festis ad offertorium
procedunt, bono et debito ordine incedant, memo=
=res modestiae domui Dei, et respectus maioribus
debiti.
4^to^ Pastor ex medijs fabricae procurabit formalem
librum, in quo nomina baptizatorum, et coniuga=
=torum scribantur.
5^to^ Fiant sedes seu scamna in templo, eadem vero sol=
=vantur ex fabrica pro una media, et pro altera
communitas contribuat.

6.to Fenestras in navi Ecclesiæ curabunt decimatores, et eum in finem arrestentur decimæ.

7.mo Sacrum hebdomadale sabbathinum ob exiguitatem stipendij reducitur, et fieri sacrum de quindena ordinatur, usq3 dum de ulterioribus medijs fuerit provisum.

8.vo Sub poena suspensionis et carceris primissario iniunctum vitare tabernas, et ordinatum in præsentia primariorum oppidi, ut quicunq3 civis ei crediderit, vinum vel adultum, id perdat, et ut deferatur quam primum si Dnus primissarius cursum excessisse compertus fuerit.

9.no Hinr Jon Jo. Jacob Vischt: qui libet 3. flo: roth. pro mulctâ solvet.

Theodoricus Hinrsbock 6. flo: roth.

Christophorus Flingell dabit tres asseres pro erigendis scamnis aut 3. flo.

Ibidem Theodoricus Hinrsdorff et Joannes Schaler has mulctas tradidere pro erectione sedium ordinatur.



Die 3.tia Januarij.

Præmissis præmittendis.

Visitata est Ecclesia parochialis S.ti Petri.

Collator Dnus Abbas ad SS: M: M: Treviris.

Pastor Valentinus Manderscheidt.

Monstrantia argentea deaurata.

Sex calices argentei, et deaurati cum suis patenis.

Schiphus communicantium argenteus

Ciborium cupreum.

Crux reliquiaria ex argento.

Vasa sacra ex argento.

Paramenta sufficientia

Altaria sex consecrata, ex ijs duo dotata cum sacris hebdomadalibus

Campanæ tres.

Dnus Abbas ad SS: M: M: Treviris decimator

Sextam ex decimis partem recipit pastor.

Non recipiuntur decimæ minutæ nec a collatore nec a pastore.

Chorum cum turri, Cœmiterio et oſsatorio, com=
=munitas, navim collator ædificat.
Fabrica habet pensionem 475. flo: Luxemburgenſes
circiter.
Synodales constituuntur ſeptem electi à pastore,
et ſynodalibus ſcil: duo ex Morſch, unus ex Maſs=
=holter et 4 ex oppido.

Capellæ duæ.
1.ma Morſch.
Patroni ss: Nicolaus et Erasmus
habet Calicem ex cupro, et deauratum
Casulam et miſsale unum.
Cœmiterium cum oſsatorio.
Miſsam hebdomadalem.

2.da Maſsholter.
Patronus S.tus Nicetius.

Unum altare, et unum Calicem cupreum et deaura=
=tum.
Casulam et miſsale unum.
Communitas ædificat utramque Capellam prout
et de necessarijs providet.
Obstetrix una et jurata pro ambabus Parochijs.

Ordinata.
1.o Pastor recipiet iura stolæ prout hactenus,
more receptum, iuxta qualitatem, statum et con=
=ditionem personarum, ne avaritiæ spiritus sub=
=dominari comperiatur.
2.o Pastor ſpecificabit anniversaria, quæ servat,
computans vero stipendium cui libet respondens
ſignanter in computu ſpecificet.
3.o Cum hactenus custos Templi nihil receperit, de
incolis in Maſsholter ob deservitionem ordinatum
dari ſextertium avenæ mensuræ Biedburgenſis,
pro meliori ſustentatione à qualibet domo annuatim
quod et communitas ad seriam remonstrationem Rev.mi
acceptavit.

## Hoſpitale S.ti Joannis Evangeliſtæ.

Eodem die perſonaliter viſitavit R.dmus D.nus Viſitator

Hoſpitale S.ti Joannis Evangeliſtæ

Eccleſia ob ſubſtructos à gallis moenibus cuniculos et incenſos, corruit ferè tota; videtur tamen per ſe ſatis fuiſſe ruinoſa, ex negligentiâ tam Hoſpitalarij, tum Juſtitiariorum loci.

Collator Decanus Chriſtianitatis Biedburgenſis

Ac dicti Juſtitiarij.

Poſſeſſor D. Joannes Catiens

Una monſtrantia argentea

Tres calices ex cupro.

Caſulæ duæ.

alba Una

Unum miſſale.

Superpellicium Unum

Produxit quidem ſpecificatio[n]em redituum, ſed non authenticam, prætendit reliqua documenta 1667. ſub Duce de Crequij deperdita eſſe: proinde non niſi manuale habet.



Annuè recipit 18. maltra tritici, totidem avenæ et quinq[ue] ſiliginis.

Centum flore: luxemburgenſes.

Plauſtra foeni ſcil: circiter 25. ex proprijs gratis.

Jugera terræ circiter quinquaginta quinq[ue], quorum pars colitur, pars altera remanet inculta.

Ab aliquot annis nullus habitus computus, ex quo pronum eſt colligere, qualiter bona, ad uſus pauperum deſtinata adminiſtrentur.

Hoſpitalarius tamen aſſerit ſe computum aliquorum annorum tradidiſſe ante duos circiter annos Juſtitiarijs loci ad revidendum pro impetrando receſſu, illi vero D.no Procuratori grali luxemburgi tranſmiſerint, nec hucusq[ue] recipere potuerint, ut proinde non poſſit pergere.

Ordinatum.

Ut vel Computum novum formet, vel ſit ſollicitus de recipiendo altero exemplari.

~~Item~~ ut ſibi ab exceſſibus ſupra allegatis ab ipſo tn conſtanter negatis ſub pœnis ~~juris~~ abſtineat, serio injunctum fuit.

Bückendorff.

Die 4ta Januarij circa 3tiam pomeridianam ventum fuit in bückendorff et postridie.

Præmissis præmittendis.

Visitata est realiter ecclesia parochialis, erecta sub invocatione Sti Martini Episcopi.

Collator et Decimator Dnus abbas Epternacensis

Pastor Wilhelmus N. provisus à D. abbate prædecessor verò ob quosdam excessus fuit privatus. qui recipit ex decimis 3tiam partem.

Ad chorum pastor, ad navem decimator, ad Cœmiterium turrim cum ossatorio Communitas.

Monstrantia et ciborium cuprea.

Vasa sacra valdè absurda.

Vnus calix cupreus et deauratus.

Missale antiquum, et vix aptum.

2. Casulas, et una alba.

Altaria tria.

Campanæ duæ.



Anniversaria quinque.

Fabrica habet exiguos reditus.

Capella Nathem unam habet campanam.

habet Calicem cum pede cupreo et cuppâ argentea

Casulam et missale unum.

Pastor legit tres Missas per quindenam.

Ordinata

1o. fiant alia vasa sacra ex bono stanno ad minus.

2o. ossatorium intra tres menses reparabit communitas.

3o. omnes domus parochianorum concurrent pro necessaria reparatione domus dotis, quæ ruinam minatur, uti ex oculari inspectione Revemus Dnus Visitator reperit.

4. eligatur obstetrix, et præstet coram pastore solitum iuramentum iuxta agendam Trevirensem.

5o. In altari B. M. V. fiebat alias sacrum hebdomadarium, cum verò sine culpa pastoris proventus interierint iniquitate temporis, leget singulis

tribus septimanis duas missas, usque dum de medijs ulterioribus prouisum existat.
Pastor et Synodales more ut in aliquo delictum aduertunt, puniunt, mulctaque ad pios usus applicatur,

## Birrsdorff.

Eodem die ad uitandas hisce belli temporibus expensas citati in biettendorff comparuerunt
Pastor et Synodales in Birrsdorff, qui adjurati referunt quod Ecclesia illorum parochialis erecta sub inuocatione Sti Martini Episcopi.
Collator Dnus Gerardus baro ab Horst.
Pastor Joannes Molitor.
Altaria tria consecrata, sed non dotata quinque anniuersaria.
Calix cum pede cupreo et Cuppa argentea.
Monstrantia cuprea deaurata.
Ciborium similiter



Collator recipit decimas.
Pastor 3tiam earum partem
Casulæ tres, totidem albæ.
duæ Campanæ
Fabrica recipit annuatim circiter 25 fl. luxemb.
Tres sunt capellæ.
Wissdorff, Obterweiler vnd Lissem
In Wissdorff habet per annum 33 Sacra
In Obterweiler 12 Sacra
Synodales eliguntur a Pastoribus et Synodalibus
Pastor optime satisfacit functioni suæ.
Ordinata:
1º Pastor ex medijs fabricæ procurabit librum utcumque magnum, in quo nomina baptizatorum et conjugatorum seorsim scribi valeant.
2do Incolæ de Obterweiler infra tres menses procurent calicem cum pede cupreo et cuppa argentea
3º broeten Nicolaus ob violationem festorum soluet Ecclesiæ pro mulcta — 3 flo: Luxb:

## Lissem

Die 6a Januarij citati Pastor et Synodales

de Flissrim comparuerunt in Bichrmbosf
et adjurati referent quòd
Ecclesia erecta Sub patrinio S.ti Stephani M.
Collatores Domini ab Enschringen de Bietburgh
et illi die Lissdm alternatim conferunt
Pastor Matthias Item
Monasterium Hemmenrodense recipit ex
decimis duas partes, tertia dividitur inter
pastorem et hæredes Hassel S. medietas istius
tertiæ cedit Pastori et altera hæredibus Simul
Sumptis.
Unus calix cupreus cum cappā argenteā
Monstrantia ex Cupro et deargentata
Ciborium ex Cupro
Unum missale antiquum
Una Casula et alba
tria altaria consecrata
Est hebdomadale Sacrum
fabrica habet annuè circiter pensiones
18. dalerorum Simplicium



Tres sunt synodales.
Pastor seorsim auditus refert
Quod parochiani, negligentes in frequentandā Ca=
=techesi.
Synodales seorsim referunt.
Quod ancilla pastoris sit sus pecta, et quod ante hac
extra matrimonium prolem ediderit.
It. quod pastor tibicines ad consortium plurium
peccatorum adduci fecerit, et è contra iuventuti
denegarit saltum. præclaro ut pote præiens exemplo.
It. quod pastor celebret duo anniversaria, quorū
reditus interierint; ille vero ex fabricā solutionem
exigat.
Ordinata.
1o quoad frequentationem lectionis Catecheticæ pro
=ut in ordinatione generali.
2o Ut pastor sub pœnā suspensionis absoluto anno
ancillam suspectam dimittat.
2do Pastor ob scandalum datum mulctatus ad emendam
Ecclesiæ suæ usibus applicandam.
3o Pastor, cum reditus fabricæ sint admodum tenues,
duo anniversaria quasi omittet, quoadusque inotuerit
de medio, ex quo solvantur.

4º Stephanus Michaël Ecclesiæ in fliessheim indilate
Solvat tria sestertia tritici mensura biedtburgensis
ob anniversarium quoddam vulgò ex petero hans
fundatum, aut intra octiduum producat causas in
iure fundatas, cur astringi non possit

## Neudenbach

Die 7a. Janu: citati Pastor et synodales, de Neu
denbach personaliter comparuerunt in Sesseren
et adiurati referunt.
Quod Ecclesia erecta est sub patrocinio Sti petri
Collatrix Dna abbatissa in Sto Thoma
Pastor Gerhardus Heylhausen
Decimatrix dicta Domina abbatissa
Tertiam ex decimis recipit Pastor
Præterea habet circiter tria iugera terræ
Altaria duo consecrata.
Calices duo, unus ex argento, alter cum pede
Cupreo et Cappâ argentea.



Monstrantia ex Cupro deaurata
Liborium et vasa sacra ex Cupro.
duæ Campanæ
In festo Sti Lucæ Evang: Dedicaō Ecclesiæ, Commu
nitas dat materiam sacrificii.
Fabrica habet annuè circiter 12 flo: roh.
Pastor ~~conbequitur~~ queritur se celebrare 12 anniversaria,
nec inde recipere nisi sex alb. proinde petit reducta
fieri
Synodales referunt.
Quod Junior Laurentius de Urtz impregnant solutam
Nomine
Mariam Jungs de eodem loco.
Jtt. Rummert Catharina ante contractum matrimonium
Carnaliter peccavit.
Jtt. Schottler Philippus.
Jtt. Crimrich Jacob.
Jtt. Zeltt Eva suam matrem verberavit
Jtt. borz Servatius continuas habet cum genere suo
contentiones et rixas.

Ordinata
1º. Pastor procurabit librum in quo consignentur
nomina coniugatorum.

2do duodecim anniversaria ex quibus recipit pastor tantū sex all. reducuntur ad 8.

3o fornacem pistoriam ad usum pastoris communitas exstruet intra tres menses a data huius prout et

4. Sacristiam pro conservandis Ecclesiæ paramentis, et super his duobus demandata executio Dnō Weider amptmanno in Malburgh.

5o Cum Chori tectum ex vetustate ruinam minetur sic quod de novo oporteat erigi mandatur ut commu=nitas contribuat quoad operas manuales.

6o Mittent proles saltem hyemali tempore ad scholam, ad quam se obtulit pastor habendam

7. Zimmer Laurentius pro mulcta solvet 2. flo: roth.
Zimmer Maria. — — — — — — — 2. K.
Krämers Catharina. — — — — — — 2. K.
Distelers Philippus. — — — — — 2. K.
Krintzs Jacob. — — — — — — — 2. K.
Zolt Eva. — — — — — — — — 1. K.
Borgs Servatius. — — — — — — 1. K.

Hæ mulctæ applicabuntur in subsidium ex=struendæ Sacristiæ.

Die

15

Die 8 Janua: ventum in Schönecken, ubi celebrata sy=nodus super parochialibus in Wetteldorff, et altera in Lünß, 10ma super Fleringh, et 11a super Büdesheim pagis Territorij Trevirensis.

Inde processum versus Prumiam Superiorem, ubi vigore Commissionis Archiepalis specialiter concessa, Monas=terium S:ti Salvatoris est visitatum.

## Duppach.

Die 19: ibidem citati Pastor et Synodales de Du=ppach comparuerunt, et collato parochianis sacræ Confirmationis Sacramento Synodus initium cepit.

Ecclesia est erecta sub invocatione S:ti Huberti.

Collator Illustrissimus D: Comes de Gerolstein

Pastor Caspar Billigh

Tria altaria consecrata.

Sacrum hebdomadale de B: M: V.

Calices duo, unus cum pede cupreo, et cuppa argen=tea, et deauratus, alter ex Stanno.

Monstrantia ex cupro.

Ciborium itidem ex Cupro, et satis absurdum.
Sacrarium et baptisterium debitè sunt Clausa.
Dux Campana.
Dedicatio Ecclesiæ est 3o. die post omnium SS. Illmus
Comes ex decimis mediam recipit partem et pastor
alteram.
Synodales seorsim referunt, quod ratione anniversarij F
recipiat quod fundatum a petro Roth: 1. f. roth. F nec unquam
proclamet, ut sciant num seruet
Quod pastor nominarit, tam synodales quam cæteros
de communitate nequam et fures in facie populi.
Quod suspicio sit, quod pastor malè uixerit cum
ancilla suâ, quæ impregnata ante anni sui finem
discessit.
Itt. sæpè non faciat Catechesin.
Itt. semel uiolenta manu perfregerit gazophylacium
et in frusta diffregerit.
Pastor seorsim auditus refert
Quod Cœmiterium non sit Clausum, sed pateat bestijs
Itt. non habeat fornacem pistoriam.
Conqueritur computum fabricæ fieri coram Comite
de Gerolstein, ac proinde enascantur non exigui
sumptus.


Itt. quod teneatur annuatim vaculam, et canem vena-
tricem pro mem.to Comite sustentare, cum per se satis
tenuia habeat media.
Itt. quod Dnus Comes attrahat minorum decimarum
medietatem, cum tamen aliàs pastor totas receperit.
Itt. quod authoritate sua puniat ea, quæ iudicii Eccle-
siastici competunt.
Ordinata.
1o. Pastor debito modo proclamabit diem, quo anni-
uersarium Petri Roth celebrandum, ut populo inno-
tescat de eo celebrato.
2o. Sub poena suspensionis ab officio et beneficio statutis
diebus saltem alternis dominicis Lectionem Cateche-
ticam seruabit.
3o. Domum pistoriam cum sine culpa tutoris corruerit
reparabit communitas, pastor dein in sartis tectis
conseruabit.
3o. Cœmiterium debitè claudet communitas, ne sit bestijs
peruium, et si quæ ibidem reperta, Dnus illius mule-
tabitur, iuxta tenorem ordinationis in ultima Synodo
factum.

4: Cum fabrica satis tenues habeat reditus, aduitandum expensas, computus fiat coram pastore et synodalibus neqz enim Dnus Temporalis de spiritualibus habet cognoscere.
5. Pastori assignetur sua gusta uel portio uulgò im schin Waltzund.
6. Sebastian Philippus, cum sit sus picio quod prolem neglexerit, eaqz sit mortua soluet — 2. fl.
7.° Meyer Catharina neglexit mori infantem sine baptismo, ex eo quod crederet baptismum, die sabbathino collatum esse minus ualidum, cum sit exiguorum mediorum, stabit cum lumine ante altare in die solis.
8.° Pastor ob excessus commissos ad emendam fabricæ Ecclesiæ pendendam condemnatus.

Deinsburgum.

Die 25. January.
Realiter est uisitata Ecclesia parochialis in Deinsburgo, erecta est sub inuocatione Stæ Catharinæ M.
Pastor michaël Fabritius.
Collator Dnus temporalis dicti loci, qui modò hæredes prænobilis Consultissimi, et Amplissimi

7
Dni Joannis anethan I: V: Licentiati Ss: Cæsareæ Majestatis et Emmi principis Treuirensis, dum uiueret respectiuè Consiliarÿ intimi et aulici ac Cancellarÿ, qui ex clementissima Concessione alte facta suæ Celsitudinis Electoralis Caroli Caspari p: m: jus patronatus pro se suisqz successoribus ac hæredibus, qui dictum locum legitimè possidebunt, obtinuit
modò autem sunt Revmus et Perillustris Dnus Epus, et Visitator Joannes Henricus anethan et Dnus frater Hugo Fridericus anethan Collegiatarum Eccles: Sti simeonis Treuiris et Ss: Martini et Seueri Monasterÿ Meinfeldiæ respectiuè Canicus et Capitularis.
Altaria duo, maius est consecratum, alterum uerò non, sacramenta aliqualiter commoda et decora:
Calices duo, unus argenteus, alter cupreus cum cuppâ argentea.
Monstrantia ex cupro uti et uasa sacra.
Ciborium paruum ex argento.
Omnia habet sacramenta, et olim fuit filialis et dependens a Münstermaifelder, post uerò dismembrata

tempore comitum de Chrychingen authoritate archi=
"episcopali.

Sacrarium et Baptisterium debitè clausa

Campana duæ.

Decimatores sunt ibidem Dni temporales.

Tertiam partem recipit pastor.

Eadem est ratio de minutis.

Ad bestias generantes taurum, arietem, et verrem
tenentur decimatores et pastor pro gregibus com=
"munitatis.

Est sacrum hebdomadale in die veneris pro Dnis —
vivis de Castro, unde recipit duo maldra siliginis.

Ulterius memorati Dni ex suis reditibus assignarunt
pastori 2. maldra speltæ ex majoribus decimis de
Walsdorff, ut singulis angarys pro defunctis
familiæ Anethanæ fiat sacrum.

Anniversaria 14.

Pastor habet prata individualia, duo plaustra
foeni recipit.

Fabrica recipit annuatim ex pensionibus, pra=
"tis elocatis, etc. 27. circiter flo. roth:



ad Chorum tenetur pastor.

Ad turrim Cemiterium et ossatorium communitas,
ad navim Collatores, qui eandem è fundamentis de
novo extruxerunt, cum tecto, fenestris etc: et post=
"quam ædificium plenè fuerit consumatum, dicta
Ecclesia consecrabitur.

Synodales duo, cum Parochia non sit ampla, duo de
Communitate reperti deliquisse sunt puniti, ad
aliquas libras ceræ.

Ordinata ut in fine.

Reinsfeldt.

2da Februarij ipso purificatæ M: V: realiter est visi=
"tata Ecclesia præmissis præmittendis.

Erecta est sub Invocatione S.ti Dionysij M.

Dna Abbatissa in S.to Thoma præsentat, et Dnus Abbas
in S.to Maximino Treviris confert in mense ordinario
an autem sit incorporata, nescire se prætendit pastor,
qui vocatur Joannes Wilhelmus Charpentier.

Altaria tria consecrata, non vero dotata.

Casulæ sine phara quindecim et albæ tres.

Cætera paramenta utcunque commoda.

Calix unus cum pede cupreo, et cuppa argentea.
Monstrantia cuprea deaurata.
Ciborium itidem cupreum et vasa sacra ex stanno.
Campanae tres
Sacrarium et baptisterium debité clausa.
Dedicao Ecclesiae in festo S.ti Dionysij
Decimator Monasterium S.ti Maximini
Tertiam partem recipit pastor
Non dantur minutae.
Pastor facit singulis angarijs unam missam
pro defunctis ex parochia, unde dicit se nihil recipere
nisi quandoque unum flo: rotl.
Tres habet Capellas scil. Steinborn, Weiler, et
S.tum Joannem.
Quaelibet Capella habet unum Calicem
Ille de Steinborn est de puro argento.
reliqui duo cum pedibus cupreis et cuppis argenteis
Steinborn sacrum habet hebdomadale in die
Sabbathi, unde recipit duo maltra siliginis toti=
"dem avenae de S.to Thoma
Weiler habet sacrum in die Veneris de quindena in
quindenam. Unde 2. maltra siliginis mensurae Tho=
"masalis.



Capella S.ti Joannis habet officium in die Nativitatis
S.ti Joannis bapt: in decollatione eiusdem.
In festo S.ti Joannis Evange: et in Dedicatione, prout
et feria proxima post Joannis fit anniversarium
pro defunctis ex fraternitate S.ti Joannis, ex quibus
omnibus recipit pastor tres flo: rotl: à Joannita, ut
vocantur vulgo, qui ibidem moratur.
Pastor ex individualibus recipit sine Schara sex plaustra
foeni:
Ite: iugera terrae arabilis circiter octo.
Ad Chorum pastor, cum ipse iam ex amicabili cessione
recipiat tertiam partem, quam cessit Dna Abbatissa
in S.to Thoma, et dederat alias 14. maltra ad saccum.
ad navim decimator:
Ad turrim Coemiterium et ossatorium communitas.

Ordinata:
1o Pastor ob suos excessus novum superpellicium de suo
curabit, et se paruisse docebit infra duos menses.
2. Mutspferd Matthias de Steinborn ob fornicationem ante
matrimonium contractum commissam Ecclesiae solvet
— — — — — — — — — — — — — j. fl. rotl.

3. Welsch petrus de S.to Thoma curabit ciborium argenteum de novem Imperialibus. ob adulterium occultum

4. Fust Bernardus solvet Ecclesiæ duas libras ceræ.

5. Coemiterium sufficienter intra tres menses à datâ huius reparabit, et claudet Communitas, interea si in eo deprehendatur equus, bos, vacca, aut porcus, solvet possessor eius, toties quoties: — — — — 2 alb.

6. Pastor liberas habeat oves 25, vaccas 8, et totidem porcos: pagicuris a Matrice dependentes solvent custodiam illorum sex porcorum, alterius assignatorum annuatim in festo S.ti Martini.

7. Molitor dominicis et festivis diebus à molendo abstinebit, et toties quoties contravenisse repertus fuerit, solvet fabricæ 1. flo: rotl: ni gravis necessitas et à pastore legitime cognita excuset.

8. In celebratione sacri hebdomadalis in Sltein-born diem sabbathinum servabit in quantum commode fieri potest



3a Februarij synodales quidem comparuerunt citati in Seinsfeldt, sed cum pastore de quo ut plurimum laborabatur, lassum pedem prætenderit, abfuerit, iussum ut die 15. currentis Treviris personaliter compareret, ad videndum ea, quæ sibi proponenda. Interim pro meliori informatione auditi et adiurati synodales referunt.

Weisen Petrus de Marenfeldt, quod sit rumor et ipse pastor sit fassus sibi prolem collocatam ad ædes dotis, et quod à se petiverit, ut prolem observaret, se autem recusasse, dicendo Dominas vestra bene custodiat infantem, posset enim fieri, ut de vobis petatur desuper responderi; prolem se non vidisse prætendit.

2 Quod pastor in die Cinerum ante aliquot annos fuerit deprehensus ebrius legere sacrum, et cineres, ridicule distribuerit

2: Bost thiss de Marenfeldt adiuratus refert quod pastor excedat in potu, et sit absurdissimus in suis actionibus.

2: Quod in die Cinerum aliquantulum adverterit, non fieri

divinas prout oporteret.
3: Quod jussus a pastore ut prolem in Capella de Me=
renfeldt collocatam custodiret, negarit se facturum,
cum se non concernat; suspicatur, quod avia pastoris
collocarit ibidem
3: [illegible] de Marrenfeldt adiuratus refert, quod
pastor convocarit tres synodales ad coemiterium, et
voluerit obtrudere infantem custodiendum, qui collo=
catus fuerat in Capella, ipsis vero renuentibus ad=
mittere sit alio deportatus.
Quod pastor aliquot vicibus intermiserit sacrum in
die Dominica et festivo.
4. Jungelb Class de Bettenfeldt refert se ad depositio=
nes testium formaliter auditorum super vita
et moribus Dni pastoris.
5. Dnus Weider in Dukendorff, et Dnus Michaël
Fabritius pastor in Deinsburgo retulerunt
se vidisse, quod pastor in Bettenfeldt à prandio
circa secundam circiter voluerit celebrare cum
scandalo, se induerit paramentis et quasi vi ab altari
dimoveri debuerit.



6. Antonius de Bettenfeldt adiuratus refert, quod pas=
tor aliquando vino se ita ingurgitet, ut ob crapulam
postridie cogatur sacrum intermittere.
Ith. quod ad pastoris horreum ut putat, delatus infans
fuerit à persona quadam Vallonica, et quod pastor
dum vidit parochianos nolle recipere conduxerit al=
teri cuidam peregrino pro sustentatione; virum illum
audivit appellari [illegible].
Ith. quod pastor rarius habeat lectionem catecheticam
Ith. quod aliquando ob absentiam pastoris cogantur
parochiani alium pastorem in vicinia interpellare
pro administratione sacramentorum in necessitate; ul=
terius refert se ad depositiones testium.
7: [illegible] Bernardus de Bettenfeldt adiuratus refert, quod
pastor neglexerit duobus dominicis celebrare ob cra=
pulam contractam ex pridiano excessu.
Ith. Catechesin saepius neglexerit.
Ith. in die cinerum semel in templo comparuerit sus=
pectus, ac si adhuc dum ebrius foret, hoc non obstante
tamen sacrum legerit, et cineres proiecerit in distribuendo
vel ad capita, frontes et oculos cum scandalo populi, et sic
prostituerit ceremoniam illam Ecclesiae.
Ordinatur ut fiscalis urgeat actionem contra pastorem
Treviris ubi personaliter detinetur apud FF. Alexianos.

# Grandsdorff

Die eadem Februarij circa vesperum Reverendissimus Visitator advenit, et altero de mane praemissis prae=mittendis realiter visitavit Ecclesiam erectam sub patrocinio B: M: V.

Collator Capitulum ad S.tum Simeonem Treviris pro=ut et Decimator.

Tertiam ex decimis partem recipit Himmerodense Monasterium.

Altaria tria, sed 3.m scil: S.ti Stephani non est con=secratum.

Monstrantia cuprea.

Ciborium ligneum.

Sacra valde absurda.

Calices duo unus ex argento, alter cum pede cupreo et cuppa argentea.

Sacrarium et baptisterium debitè clausa.

Campanae duae.

Paramenta Ecclesiae satis vilia

Casulae tres, una alba.



Dedicatio Ecclesiae D.nica in albis.

Est sacrum hebdomadale in die sabbathi habet 25. anniversaria, unde habet 16. fl. rottl. et unum Capitellu[m] tenetur ad sacellanum.

Filiales binsfeldt [illegible], dalsheim S.ti Nicolaj windtscheidt. et rossdorff.

Ex pago burg pro quota sua solus pastor recipit decimas in villa Zulmdorff.

Habet pastor bona vidualia.

Quatuor circiter plaustra foeni.

Circiter 13. iugera terrae arabilis.

Turrim Coemiterium et ossatorium reparat Com=munitas.

Ad navem tenentur decimatores.

An ad Chorum teneatur pastor, dubium cum non recipiat 3.tiam partem ex decimis.

Fabrica annuas pensiones habet ad 27. fl. rottl. quas recipit Mamburnus Ecclesiae.

Synodales sex, septimus eligendus.

Capella Binsfeldt &c.

habet

habet singulis mensibus die feriali pro commoditate pastoris sacrum, et in festo dedicationis.
habet anniversaria 17.
Unum altare consecratum
Calicem cupreum deauratum cum religuis para=
=mentis, campanam unam.
Fabrica habet reditus stabiles, quorum interesse ex=
=crescit ad 50. flo: roth: circiter.

Capella Ossendorf. unde recipit duo maltra
siliginis facit sacrum quindenale pastor, et die
dedicationis unde 25. alb.
Non habet calicem nec paramenta.
In festo S.ti Antonij itidem celebratur.

Capella Dalheim
habet 18: sacra per annum unde recipit sesqui
maltrum siliginis:
In die dedicationis et festis S: Huberti et Vendalini, et
anniversarium postridie dedicationis.
Si celebret



Si celebret pastor, afferuntur aliunde paramenta

Capella S.ti Nicolai.
Habet sacrum hebdomadale in die Mercurij, unde
recipit sesqui plaustrum foeni, et circiter octo sestertia
frumenti ex vidualibus plus minusve, mensurae Kyl=
=burgensis.
Habet itidem terrae incultae ad 16: iugera
In festis S: Barbarae, Catharinae, Nicolaj, Mar=
=garethae, Trium Regum, Joannis Evangelistae, Mag=
=dalenae, et in divisione Apostolorum, in quam cadit
dedicatio Ecclesiae, et de quolibet officio recipit 13½ alb.

Capella in Londtscheidt.
omni mense habet sacrum
Et tria anniversaria.
Et in festo S.tae Gertrudis unde ex fabrica 7. flo:
roth: et 12: alb.
Et alternis dominicis divina ibidem peraguntur,
prout et in festis maioribus.

Capella Loshp.

Habet divina in festis SS: Sebastiani, et Annæ unde recipit pastor victum illis diebus, et qualibet vice duos schillingos.

Tota parochia consistit circiter in 115. domibus.

Pastor seorsim auditus et adiuratus refert, quod Johann Henricus de Binnsfeldt commiserit peccatum fornicationis, soluet Ecclesiæ. — — 2. fl. 20.

It. Wilhelm Thiss de Lendtsfund Capellanum grauiter obiurgauit in coemiterio in conspectu totius Communitatis, et desuper à pastore punitus noluit se submittere, infra tres dies soluet — 3. flo: 20:

Executio desuper demandata justitiario loci.

It. Bosr Petrus de Burgh, dixit Capellano, vos estis nostri serui, idque cum stomacho insolenti 3. fl: 20.

It. Mühlner Theodoricus de Schwartzbor suam Xeptem neglexit, quominus Extrema receperit — — — — — — 1. fl. 20.

It. Hanss de Altenhoffneglexit pariter suam matrem. — — — — — 1 fl: 12:

Abb.



It. Thomas Caspar de Dalheim neglexit filium — — — — — 2. fl. 20 st.

It. Pastor petit sibi parari caueam, pro conseruanda Cereuisia, et oleribus tempore hyemali.

Synodales seorsim adiurati referunt,

Quod pastor ebrius scandalose læserit Judicinem in Ossling sultro, actionesque commiserit, unde vicinis scandalum datum.

It. quod Fritz Joannes de Ossling suspectus sit concubuisse cum Uxore, et altera quadam personâ in eodem lecto, ob pauperiem soluet 1. lib. Ceræ.

Ordinata.

1o Pastor ob excessus commissos dabit sex Imperiales, usibus Ecclesiæ applicandos. scil: pro SS. Vasis.

2: Ciborium ligneum in quo hostiæ consecratæ asseruari compertæ, comburatur, et in sacrarium cineres deponantur, eoque potius, quod pietas quemquam commouerit ad procurandem nouæ pixidis argenteæ.

3: Librum in quo scribantur Nomina baptizatorum

et Coniugatorum, ex medijs fabricæ procurabit
Pastor.

4.to Cum domui dotis necessaria existat cavea, mandatur
omnibus et singulis huius parochiæ subditis, quatenus
primo quovis tempore eam procurent.

5.to Mandatur Pastori sub poena arbitraria, ut vitet
scandalosam conversationem pastoris in Kyll.

Käyll.

Die 5.ta advitandi sumptus citati comparuerunt
Pastor et Synodales in Gransdorf
Patronus Ecclesiæ S.tus Michael.
Collator Ill.mus Dnus Comes in Käyll.
Matthias Gransdorff Pastor.
Altare unum consecratum.
Hebdomadalia sacra duo, iuxta commoditatem
Pastoris fiunt
Paramenta utcunque commoda
Calix argenteus et alius fractus cum cuppa ar-
gentea.
Monstrantia Cuprea.
Ciborium de argento.

Schyphus Communicantium ex argento
Sacrarium non erat clausum.
Nullum baptisterium.
Cathedra nulla.
Campana una.
Dedicatio Ecclesiæ cadit in festum S.ti Michaëlis.
Decimator Em.mus Princeps treuirensis, Dnus
Joannes Bruno Hastel Canonicus Kyllburgensis
cum consortibus ex media parte.
alteram recipit pastor.
De minutis vero nihil.
Novem circiter anniversaria de quolibet vi. alb.

Capella Dürrnschmidt.

Habet sacrum de quindena in die feriali
unde recipit sex fl. ~~aureos~~. Tril.
Præterea in festis S.tæ Catharinæ, SS. Servatij,
Eligij, et Elogij illis diebus recipit victum aut me-
dium simplum.
Paramenta vilia.
Calix cum Cuppa argentea.

Pastor habet viduali ad 5: circiter jugera ara=
=bilis terræ.
Religia sunt inculta,
de foeno ad 5. plaustra.
ad Chori sarta tecta pastor
ad Navem reliqui decimatores
ad Turrim Cœmiterium et ossatorium Communitas
tenentur.
Vinum sacrificij, et Communicantium solvitur ex
Fabrica.
Fabrica habet reditus sufficientes, sed hisce temporibus
miseris vix pensiones annuæ solvuntur.
Synodales sex et septimus electus recusavit assumere
officium.
Filialis est betbenfeldt quæ nunc administratur per
pastorem specialem, et alias solebat per pastores
sacellanum regi.
Pastor seorsim auditus et adiuratus refert
quod dominus dotis ruinam minetur.
Nec habeat necessaria stabula neque fontem.
Item quod … Maria fornicationem commiserit.
— — — — — — — — i. L. roth.



Item Weringius filius de fabrica ob incestum commissum
et alias per se punitum Ecclesiæ solvet 6. fl. roth.
Antonius filius synodalis refert
Quod pastor ebriosus, et in ebrietate enormes et Cha=
ractere sacerdotali indignas actiones committat rixando
verberando trudendo: etc: effutiendo, quidquid passio
suadet, imo quod pro centro suæ conversationis teneat dis=
cordias.
Item quod neglexerit duos in fabrica, et alios alibi cum
tamen requisitus fuerit, nec domi repertus.
Item cum adolescentibus innuptis ad pugnas progressus
cum scandalo totius loci.
Item raro fecerit catechesin.
Item patrem et matrem, tempore encœniorum e domo ejece=
rit, et idem se à patre audivisse asserit.
Item habeat Coniugatos in domo ex quo scandalum.
Item Nuptias externorum in domo sua celebravit.
Item nullum respectum deferat synodalibus, proinde
exonerari et absolvi petijt.
Item … Magdalena de fabrica per peccatum forni=
cationis excesserit. — — — — — i. L. roth.

petijt aſsignari jura ſynodalibus de habitis procla=
" mationibus matrimonij.

2o. Walbro Thiſs de Küjll adiuratus refert quod pastor
ſuas paſsiones uincere non poſsit
Et cum patre et matre in tanta diſcordia uixerit, ut
Illmus Dnus Comes compulſus fuerit dimittere
parentes ad cauenda alia mala.
Ith. parochianum unum in plateis aggreſsus pug=
" nibus et ſemutus grauiter uerberauerit in feſto Sti
Dionijsij 1676.
Quod alias porcum deponentis bombarda trajecerit
in agro quidem alieno.
Ith. quod filiam conjugatam deponentis uerberarit
et ita pedibus ad uentrem truserit, adeo ut in terram
collapsa, quod tamen amicabiliter ante hac compoſi=
" tum.
Ith. 3o. et 4to. Nuptiis externorum in domo dotis cele=
brarit.
Ith. in conuiuijs ſoleat ſcitiunes adducere.
Ith. inter uina ſui ſit impos, et ſcandaloſas exer=
ceat actiones, ita ut ſæpius desuper à ſynodalibus
monitus, nec resipiſcere compertus.



Ith. ſæpius ex percuſsione et pugnis in facie fuerit
ſignatus, et quod uino potus ſit pacis oſor
Ith. cum adoleſcentibus pugnarit grauiſsimo cum
ſcandalo.
Ith. ter neglexerit, qui petierunt extrema.
Ith. pastor et eius pater diuersis contumelijs ſe ſe
affecerint in præsentia ſui deponentis.
Evert Joſemes de Küjll ait
Quod pastor ante menſem circiter guttur cuiusdam
parochiani apprehenderit, adeo ut ob uiolentiam
illum clamarit, ita ut tota fere communitas aduolarit
rei ſpectaculum insiſsum admiratura.
Ith. cum parentibus ſæpe enormiter rixatus filialis
obedientiæ immemor, ut ſubditis ſuis eandem obedien=
" tiæ, et reſpectus erga ſuperiores insignem præbuerit.
Ith. ſoleat uerba prolata apprehendere, et ad diuersos
ſenſus adulterinos torquere, adeo ut uix ullis rationibus
poſsit placari.
Alias uerò officium ſuum ſatis commodè peragat.
Interim tamen uix ullum tempus ſeruet nunc manè
F celebret nunc ſero" adeo ut ſæpius multi non audiant ſacrum.

Mühlerns Caspar de Käyll synodalis refert quod pastor in potu excedat, ut sit scandalum, opprobrium et abjectio plebis.

Id. saepius cum parentibus rixatus, ut Comes reign= "dignitatem diutius ferre non valens ad uitanda maiora mala non uoluerit ferre sed jusserit excede= "re parentes pago.

Petrus Floss de Fabrica synodalis adjuratus refert.

Quod pastor in ebrietate sit scandalosus, et tumul= "tuosus.

Id. cum alijs saepius pugnis conflixerit, num uero inceperit, nescit.

Id. tres quatuorve Nuptias celebrarit in domo dotis cum tamen personae fuerint externae.

Id. putat duos neglectos per iniuriam pastoris quoad administrationem sacramentorum, cum fuerit re= "quisitus, nec tamen domi repertus.

Ordinata.

1° pastor ob diversos hinc et inde in diversis locis pro= "ductos



ductos excessus solvet Ecclesiae fabricae triginta "Imperiales applicandos pro Erectione novae Cathedrae, baptisterij, novi Ostij ad Ingressum templi etc.

2°. ~~templi etc.~~ secundo ad sublevandam scandalorum turpitudinem, mandatum ut infra, hinc et festum S.ti Joannis Bapt. proximum permutet, aut videndum ad privationem procedi.

3° Campanam in turri loco debito appendet commu= "nitas.

4. Proventus Fabricae sedulo et vigilanter observabit mamburnus, debitores Ecclesiae opportunis Iuris reme= "dijs compellere fideliter studebit.

5.to Domum dotis, cum pastori in statu debito non fue= "rit deliberata, communitas reparabit, sarta dein tecta curabit pastor; secus si trac̃tu temporis domus ruinam ita minetur, ut funditus de novo Erigi opor= "teat, aut si abs culpa eiusdem infortunio quodam, aut incendio corruerit.

6.to Baptisterium prout et cathedra formalis erigantur in loco commodo.

7.mo Synodalibus ob proclamationes matrimoniales pro

juribus à quolibet coniugio cedent 20. albi aut ses=
„tertium uni, electio tamen maneat apud dantem, nec pas„
„tor sacramentaliter copulet, nisi dicta iura soluta,
aut sufficiens de iis solvendis praestita cautio.
8: Diebus dominicis et festivis pastor tempus statutũ,
quantum fieri potest servare studeat, quoad celebrationem
officij divini, ne externi extardentur.

## Dudeldorff:

Eodem die in grans dioffitati comparuerunt —
Pastor et synodales dicti loci.
Haec Ecclesia fuit alias filialis de Speicher.
Patronus Ecclesiæ B: M: V.
Alternatim confert praenobilis Dnus de Braun
et Communitas —
Pastor Paulus Blumm —
altaria tria consecrata —
Sacramenta sufficientia —
Calices duo argentei —
Monstrantia vilis ex cupro



Ciborium cupreum deauratum
Sacrarium et baptisterium debite clausa
Campanæ quatuor.
Dedicatio Ecclesiæ, Dominica 3tia post festum —
Sti Michaëlis.
Decimatores circiter 13, nesciunt omnes nominare.
Anniversaria 70. unde recipit pastor annue 20 —
daleros luxemburgenses.
Pastor recipit ad saccum 10. maldratritici de Ca=
„pitulo Metropolitano, et Dnã Abbatissa in horreo —
Prenitis 2 — maltra avenæ et 3a sestertia.
Itt. de quolibet coniugato anniatim duos panes.
Fabrica annue recipit ad 67: daleros luxem=
„burgenses, et habet circiter tria iugera terræ arabilis.
ad Chorum turrim, coemiterium, et ossatorium,
Communitas tenetur.
Septem Synodales.
Pastor seorsim auditus refert
Quod Bartholomæus Bungel sibi fuerit refrac=
„tarius, nec ob peccatum se submittere voluerit
solvet Ecclesia — — — — 4 libras
Ceræ.

demandata Executio Justitiario loci
Itt. petitur, ut petrus Brandt procurator Confraternitatis Linitextorum annuatim faciat computum coram se et duobus Synodalibus in festo S.ta Luciæ.
Itt. ut idem ut gratum vulgò Wollenweber Kirsch Confraternitati consignet, ut annuatim elocari valeat.
Itt. petit sibi accommodari horreum et stabulum porcorum, et ut interea aliud conducant, quoadusque de loco debito et commodo providere potuerint.
Synodales seorsim auditi.
Caspar Wagner et Matthias Zillig de Düdelldorff.
Quod quaedam persona Coniugata scil. filia dicti Caspari saepius frequentet ædes pastoris, unde sit sinistra suspicio et rumor communis.
Idem Caspar refert, quod fratres dictæ personæ deprehenderint ante aliquot annos in flagranti cum pastore im Katzengraben vulgò.
Itt. petunt constitui Custodem, qui tempore necessitatis comitetur ad agros
Burkard Thiss synodalis refert
Quod sit turpis rumor de Dño pastore, quod sit suspectus male vivere, et adulterari, eo quod nimis familiariter cum quadam Coniugata conversetur.
Itt. quod cum illa videatur ad occulta loca ire prout refert se audisse exeuntes.
Idem asserit quod Dñus præpositus sub iuramento interrogarit filios Caspari Wageners, quid circa sororem suam Catharinam vidissent, responderunt se deprehendisse eam cum pastore in flagranti.
Itt. quod Gustav Bernardus violet dies festos opere servili exercendo cum equis etc. solvet — 1 ℔. rotl. Ecclesiæ, pro hac vice si ulterius deprehendatur solvet in duplo.
Caspar Petrus refert.
Quod Caspari Wagener filia Catharina Coniugata nimium frequentet domum dotis, ex quo proinde exsurgat rumor in vicinia et suspicio pessima, imo quod aliquando uno die ter quaterve frequentet, et personæ marito sit valde simplex, è contra illa impudens, procax in loquela, et ipso usu.
Unanimiter petunt omnes Synodales computum formalem fieri a pastore de reditibus fabricæ coram Synodalibus, et in specie, ut liquefiat fundationem Dñi Balthasaris in

omnibus et per omnia servari, quoad omnes et sin=
"gulas Clausulas et puncta in literis desuper con=
"fectis expressa fieri.

Justus Bernardus affinis pastoris et synodalis de nullo scire se conqueri praetendit, interim tamen de rumore pessimo se audivi se asserit, se tamen dolere plurimum; dixit item quod dicta persona suspecta sit, impudens libidinosa.

NB: Pastor post synodales examinatus super puncto con-
"tra ipsum allegato delictum adulterij fassus, et se submisit ad poenam.

Proinde consideratis diversis hinc inde productis rationibus; quod scil: ornatum debitum Ecclesiae, paramenta, et omnia alia curet nitide et munde: Rdmus Dnus Episcopus visitator Archiepiscopalis, manda=
"vit honorabili Dno Paulo Blumm Pastori in Du=
"deldorff ut infra medium annum a data huius cum alio beneficiato permutet, et praeterea pro multa ad pios usus applicanda solvat viginti imperiales.

Notandum quod illud adulterij delictum tanquam occultum fuerit delatum

Ordinata.



Ordinata.

1° Petrus brandt annuatim sub poena 6. flo: aurei facit computum coram pastore, et duobus synodalibus in festo S.tae Luciae prout litera lanitextorum requi=
runt, itidem ut stratum Wollenweber Wirb Confra=
"ternitati consignet, ut annuatim elocari valeat sub eadem poena.

2° Communitas pastori aedificabit necessarium horreum primo quovis tempore, quo locus commodus reperiri poterit, interea providebit de loco, ubi frumenta sua pastor commode collocare possit.

3° Pastoris munus cum illo, quod Custodi incumbit, incompossi=
bile existit; hinc ordinatum distinctum constitui eus,
"Eodem, et quantum fieri potest, laboretur de tali, qui scholam administrare valeat.

4° Computum formalem coram synodalibus reddat pastor de reditibus Ecclesiae, et dein constituantur Mamburni seu procuratores, qui interesse Ecclesiae sancte et fideliter observent.

In specie vero fundatio Rdi Dni Balthasaris servatur in omnibus, et per omnia quoad omnes et singulas Clausulas et puncta in dispositione testamentaria

expressas, et expressa iuxta mentem fundatoris accu-
rate et incorrupte servetur.

50. "[illegible]

Ordorff.

Die 6. Februarij in Gransdorff Visitati comparuerunt
Pastor et Synodales dicti loci.

Patronus Ecclesiae Stus Martinus Episcopus.

Collator Capitulum Kilburgense.

Joannes Blumm Vicarius.

Altaria tria consecrata non vero dotata.

Paramenta satis vilia.

Calices duo cum cuppis argenteis.

Monstrantia ex cupro et deaurata

Ciborium ex cupro et deauratum.

Sacrarium et Baptisterium debite clausa

Campanae duae.

Dedicatio Ecclesiae, Dominica ante festum Sti Mar-
tini.

Decimator Capitulum Metropolitanum Trevirenz-
"se recipit unam partem, eodem Capitulum Kilbur-
"gense et Dna abbatissa in horreo Treviris duos.



Unum sacrum hebdomadale in die Jovis, unde nihil
recipit.

Anniversaria 22. de quolibet medium dalerum
Luxemburgensem.

Filiales tres bückliesdrum, baurz, et gündorff.

Capella bückliesdrum, habet sacrum hebdomadale
in die mercurij.

Ibidem pastor recipit 4tam partem decimarum
et per totam parochiam à quolibet Coniugato duos
panes.

Pastor cantat à paschate usque ad festum Sti Micha-
"elis Evangelium Sti Joannis, unde à quolibet con-
"iugato 2. sestertia avenae, unum cumulatum alteru
non, et de hac avenâ Custos 3am partem recipit.

Sunt etiam hinc et inde prata, unde solus Pastor
recipit decimas -

Anniversaria tria, de quolibet datur medius dalerus
Luxemburgensis.

Dedicatio Capellae cadit in dominicam ante festum
Sti Brictij, unde sestertium vini pro vesperis

Patroni S.S. Maximinus et Brictius.

habet calicem ex stanno cum paramentis plane vilibus.

Capella Baden

habet calicem cum cuppa argentea et paramenta commoda Sacrum hebdomadale in die Sabbathino, unde 3 ½ meltra siliginis, sed Caplum Kilburgen. nescitur quâ authoritate detrahit Pastori et sibi appropriat.
Anniversaria decem, de quolibet dantur 15 Aspheri Luxemburgenses.
Dedicatio cadit in Dominicam primam post festum Sti Michaelis Arch. datur vinum ut supra in Bickliesheim.
Patrona B. Maria V.

Capella Gundorff

Nullum habet calicem nec paramenta, dicuntur tpre belli deperdita.
habet sacrum in quatuor angarijs, de quolibet solvuntur 12 alb.
Pastor habet vidualia circiter ad 8 jugera terrae arabilis.
In Bickliesheim recipit pastor 4tam ex decimis foeni partem, similiter in pago Kalheim.



Nullos habet caeteroquin minutos.
Ad chorum tenetur Caplm Kilburgense.
Ad Navem Dña Abbatissa in horreo Treviris.
Ad turrim, coemiterium et ossatorium communitas,
Fabricae redditus consistunt in frumento et quibusdam pensionibus. in frumento recipit duo, aliquando tria meltra et in pecunia ad 4 daleros Luxemburgenses plus minusve.
Synodales novem
Pastor conqueritur parochianos negligentes esse in frequentatione Catecheseos.
Item domus sit ruinosa.
Synodales seorsim referunt adjurati.
Simon Ludwich de Ordorff et Hubert Petrus de Bickliesheim et Mayer Theiso de Bauler
Quod Caplm Kilburgense recipiat de Baden 2 meltra et medium frumenti, quae debentur Pastori ratione sacri hebdomadalis in die Sabbatho quae communitas tribuit ex suis medijs, et Caplm praefatum soleat reversales de ijs extorquere, qui parochiam ambiunt.

Ordinata

1o. Domum dotis reparabit communitas
2o. Synodales de proclamationibus Matrimonij recipient ut antiquitus — 14 albos, nec cupulet Pastor Sacramentaliter

proclamatos, nisi dicta jura fuerint soluta aut
cautio sufficiens praestita.
3.° Liberas habeat oues ut supra praecedens

# Metterich

Eodem die in Grandorff ad vitandas expensas comparuere
citati vicarius et Synodales.
Est filialis de Spanishar.
Patronus s. Eucharius.
Pastor in Spanishar confert.
Vicarius Joannes Tangenti.
Altaria duo consecrata, et in tertio est portatile
Paramenta commoda.
Calix cum pede cupreo et cuppa argenteâ
Monstrantia ex cupro et deaurata.
Ciborium itidem ex cupro.
habet omnia sacramenta.
Sacrarium et baptisterium sunt debite clausa.
Campanae duae.
Decimator Caplm Metropolitanum Trevirens.
Vicarius tertiam recipit.
Anniversaria 15. de quolibet soluuntur 15 Stupheri
Capellae duae se. Fridorff et Hüttingen.



Fridorff habet calicem ex cupro et deauratum cum
reliquis paramentis.
Sacrum hebdomadale.
Et tertia dominica facit divina ibidem Pastor, unde
recipit fere decimas totales in d.to loco, exceptis
quibusdam agris, unde Caplo Metropolitano Trevirens
pendunt.
Anniversaria 3. de quolibet 15 Stupheri cedunt
celebranti.
Hüttingen habet calicem stanneum cum paramentis,
Sacrum hebdomadale, unde recipit decimas ut in Fridorff.
Anniversaria duo.
Pastor recipit de quolibet conjugato sextertium
siliginis et auena, et ex his tertia pars cedit custodi.
Non sunt vidualia.
Corpus ecclesiae Caplm Metropolitanum conservat,
Chorum Pastor, turrim cum coemiterio et ossatorio
Communitas.
De necessaria Capellarum reparatione aliisq rebus
providet cujusq loci communitas.
Fabricae redditus colliguntur per Mamburnos,
Pastor recipit ab iis, qui desuper annualim Synodalibus

reddit computum, cum d^ti Mamburni scribere nesciij.
Synodales sex et septimus restat eligendus.
In Vicaria hac sunt circiter viginti familiæ.
Omnia videntur commodè fieri in hac parochia prout
omnes synodales adjurati cum applausu retulere,
quod pastor integræ et exemplaris vitæ.
Pastor petit adstringi suos parochianos ut diligentius
frequentent catechesin.
Item reparationem domûs dotis, ne tota corruat.
Item Adam Theodorus de Hettingen neglexit prolem
ut mortua fuerit sine sacramento baptismi —
— 1 – Lib. ceræ —

Ordinata

domum dotis reparabit communitas.
cætera in ordinatione g[ener]ali reperies.



# Epternacum

Die 9^na Martij Rev^mus advenit in Epternacum Abbatiâ S^ti
Willibrordi.
Altera post die præmissis præmittendis
Ecclesia parochialis SS. Petri et Pauli est realiter visitata.
Collator Rev^mus D[omi]nus Abbas Epternacensis.
Pastor Matthias Kenerich Conventualis,
Sacellanus Matthias Masius
Scholam dirigit honorabilis D[omi]nus Magnericus Drll.
Pastor petit sibi assignari et deputari jura stolæ.
Pastor exhibuit suas investituras Judicis Archidiaconalis
Tit. S^ti Petri de 1683 die 18 aprilis cum placeto regio
De 30^ma Aprilis 1683.
Altaria consecrata sex.
Monstrantia ex cupro.
Ciborium argenteum et deauratum.
Pixis pro viatico argentea,
Vasa sacra ex argento.
Calices quinque, quorum unus argenteus, reliqui cum
cupis tantum argenteis.
Scyphus communicantium argenteus.
Pluvialia duo.
Dalmaticarum duo paria.

Casulæ diversi coloris octo.
nigræ Casulæ septem
Sacrarium et baptisterium debitè clausa.
Campanæ quatuor.
Dedicatio Ecclesiæ cadit Dnica prima post Nat. B. M. V.
Sacrum hebdomadale in altari trium SS. Regum.
Anniversaria quatuordecim.
Tenetur ad Sacellanum unum.
Fabricæ redditus ascendunt in pensionibus ad ducentos florenos Luxemburgenses, præter jugera terræ quæ elocantur, quos recipit Mamburgus et desuper reddit rationem Dno Pastori et Synodalibus.
Synodales septem.
Ad Chorum pastor, ad navem cum turribus, et cœmiterio, et ossatorio obligatur communitas.
Circa fontem baptismalem Collator ædificat.
Pastor quotidie cantat sacrum ex consvetudine potius quam fundatione, cum nihil inde recipiat.
Habetur inventarium paramentorum
prout et omni die Salve cantatur, unde sacellanus accipit circiter 5. daleros Luxemburgenses.
Pastor seorsim auditus
petit sibi conformiter alijs Caplaribus assignari jura



Stolæ et ulteriora prout in scripto exhibitum.
Est lumen perpetuum ante SS. venerabile.

# Capellæ octo

## Irll

Patroni SS. Simon et Judas.
Altaria duo.
habet calicem cum cuppa argentea et cum suis paramentis necessarijs.
habet coemiterium cum ossatorio
Sacrum per mensem in die solis.
Fabrica circiter in pensionibus recipit decem daleros Luxemburgenses quos recipit à duobus Mamburgis Dnus Vicarius.

## Menning

Patronus S. Jões Evangelista.
Altare unum.
Calicem cum reliquis paramentis.
Cœmiterium.
Sacrum ut supra.
Anniversaria nulla.
Fabrica annuè recipit sive circa daleros septem Luxemburgenses et maltrum frumenti plus minus.

## Mind

Patronus S. Sylvester.
Altare unum
Calicem cum paramentis,
et Coemiterium.
Fabrica circiter novem daleros Luxemburgenses
annuè recipit, et circiter sesquimaltrum in frumento.
Officium ut supra.

## Steinheim

Patronus S. Thomas Cantuariensis.
Muri Capellæ elevati ad quatuor pedes ut pariter
pavimentum exaltari valeat ne aqua tempore hyemali
inundans destruat supellectilem sacram.
Proinde necessarium ut pari modo stipites altarium
eleventur et de novo consecrentur.
Calicem cum suis necessarijs.
Necessaria procurat Communitas, eadem de alijs est
ratio si fabricæ media non sufficiant.
Fabricæ redditus annui ascendunt ad 30 daleros
Luxemburgenses.
Officium ut supra.



## Osweiler

Patronus S. Urbanus.
Altare unum
Officium semel in anno in festo dedicationis cum
uno Anniversario.
Fabrica ad duodecim circiter daleros Luxemburgenses
et duo maltra frumenti.

## Fürschweiler

Patrona S.ta Lucia
Altaria duo de uno se. S.ti Nicolai dubitatur, num
sit consecratum.
Calicem unum
Fabrica

## [illegible]

Patronus S.tus Marcus.
duo Altaria, de uno se. S. Quirini dubitatur num sit
consecratum.
Calices duos unus argenteus, alter ex Cupro.
Fabrica.

Bach

Patronus S. Joes Baptista.

Altare unum violatum in quo celebratur cum portatili.

Calicem unum.

habet sacrum in festo S. Joannis baptistæ et decollatione, caeteroquin ut reliquæ Capellæ.

Fabrica

Synodales seorsim referunt

Paulus hauptman

Quod Ludimagister sit negligens in instructione Juventutis.

Quod Pastor officio suo satisfaciat.

Ipse judicat ex templo ejicienda esse absurda scamna.

2us Magnericus Holler Synodalis.

Joannes Olinger refert.

Quod nimium protrahat conciones

Item Ludimagister non satisfaciat muneri, et videatur habere respectum personarum et per consequens unum præ altero instruat.

Joannes Hollinger.



Petrus Maÿ

Omnia putat esse in bono statu, et proinde nihil se conqueri posse.

Bernardus Lebkucher

Joannes Hartman

R. D. Matthias Masius Sacellanus

Honorabilis D. Magnericus Jrll Ludimagister prætendit de Matrimonio medium sextertium vini cum carne et panibus juxta Ordinationem Visitationis habitæ 1621

petit cassari scholas hinc inde non formaliter erectas.

## Ordinata.

1° Cum gradus per quos itur ad coemiterium ac templum ita sint lapsi et fracti, maximè à sinistra parte, ut sine præsenti periculo venerabile sacramentum ad ægrotos deferri potissimum tempore hyemali nequeat, et seniores etiam propterea non absque causa justa conquerantur se ab aditu templi arceri, Ordinatur intra tres menses reparari à communitate.

2.a Coemiterium quoad muros et clausuram in debitâ integritate servetur.

3.a Ossatorio de tecto necessario et murorum reparatione providebit eadem communitas.

4.a Quoad locum Cemiterÿ pro infantibus non baptizatis committitur Dño Pastori ut locum determinet et designet prout judicarit designandum.

5.ta Januæ templi debitè occludantur.

6.ta Sedes templi cum sint prorsus abjectæ, quantocyus ejiciantur et de novis provideatur

7.ma Fenestras reparabunt ÿ, qui ad navem Ecclesiæ obligantur.

8.a Capella adjacens Sacristiæ non ad chorum sed d.tam Sacristiam pertinere judicatur, proinde de necessaria reparatione communitas providebit.

9.na Cum Fabricæ redditus non sufficiant ad conservandum Lumen perpetuum coram SS. venerabili, hinc mandatur parochianis ut concurrant pro quota juxta decretum prædecessoris nri Admodm R.di Francisci Jacobi Schram

10.a Cum Crypta infra baptisterium multa Ecclesiæ periculosa per milites negotio bellico potissimum tempore causarit, cum tormentarium pulverem et glandes ibidem reposuerint; Nobiles vero, qui jus sepulturæ inibi prætendunt, usque adeo negligant, ut nec altaria ullo in decore conservari,



nec ullas annuatim celebrari missas comperiatur, Hinc mandatur ut vel præfata crypta claudatur, vel d.ti nobiles nitidè et decenter eandem conservent

11.a Eligatur ab Uxoribus communitatis obstetrix velut persona publica et necessaria, solitum juramentum juxta Agendæ Trnis dictamen coram Pastore præstet, et gaudeat privilegiis et immunitate prout communi usu et more receptum.

12.a Dies festos meminerint Parochiani ut sanctificent, neq ullo labore servili, advectivè frumentorum piscatione, prazatione, pistione, mercatura, laniena, molitura aliisq opificiorum exercitÿs etc. sub qualicunq demum prætextu fiat, violare audeant, et si qui contravenisse repertus, prima vice solvet fabricæ 1 flor. rot. 2.a duos, 3.a tres, si incorrigibilis et refractarius, annotetur et deferatur in celebratione sacræ Synodi.

13.a Anniversaria quæ hactenus ex abusu celebrata diebus Dnicis et festivis, servent celebrent juxta rubricas missalis.

15.a Juventus ad sonum Campanæ vespertinæ, in bacchanalibus, tempore messis, encenijs, festis pentecostalibus etc. ad propria secedat, contraveniens mulctetur ad 12 albos, hospes vero detinens ad 3 flor. 20 st. Ecclesiæ usibus applicandos, et quo Ordinatio hæc accuratius per omnia servetur mandatur synodalibus, ut ex officio invigilent, et delinquentes debitè deferant.

Super his omnibus demandata executio Dnō Schultetō Loci.

## Alsdorff

Die 11.a martij comparuère citati Pastor et Synodales de dicto loco in Epternacensi Abbatia.
Patronus S. Petrus
Collator Dnūs de Desfurra
Pastor Joannes Wilhelmus Otto
habet omnia Sacramenta.



Altaria tria consecrata.
Calicem ex cupro cum cuppa argentea.
Casulæ quinq.
Ornatus Ecclesiæ utcunq commodus.
Sacrum hebdomadale unum, de quo recipit 5. flo. Luxemb.
Anniversaria quinq unde recipit 2. dal. Luxemburgenses et unum pratum habet.
Dedicatio ecclesiæ cadit in primam dnīcam octobris.
Campanæ duæ.
Fabrica vix ullos redditus recipit
Decimator Dnūs Kob.
Tertiam partem recipit Pastor.
Synodales octo.
Ad chorum Pastor, ad navem decimator, ad turrim cœmiterium et ossatorium communitas obligatur.
Tres filiales.
Wolffsfeldt, Niederweis et Kirchberg.
Alternis annis administratur Wolffsfeldt à Pastoribus in Alsdorff et Dockendorff.
Patronus S. Hubertus
Altaria quatuor.
duo consecrata sc. S.ti Huberti et S. Sebastiani.

Calicem cum argentea cuppa,
nullum sacramentum.
Quatuor sacra hebdomadalia, duo fiunt à pastore in
Alsdorff et duo ab illo in Dorstnuderst, unde
prætendunt se vix quidquam stipendij loco recipere.
Fabrica ex oblatis providet de necessaria reparatione
et paramentis.
In Angarijs fit anniversarium cantatum, qualibet
vice dantur cuilibet Pastori 15. stupheri.
de officio in festo S.ti Huberti quilibet itidem
recipit 4 flor. Luxemburgenses cum aliquo
honesto haustu.
In festo S.tæ Luciæ rursus quilibet recipit 15.
stupheros.
Item utroq festo S. Eligij, Sebastiani, Rochi,
Annæ, Apolloniæ, Margarethæ, Stephani qualibet
vice cuilibet cedunt 15. stupheri ex fabrica.

## Nimbrweiss

Patronus S. Joannes Euang.
unum altare violatum, proinde sup portatili celebrat



Unus calix exigui valoris;
Casula alba nullius valoris.
redditus omnes deperditi, nec ullum Registrum visum
excepto uno agro.
Hebdomadale sacrum fit quidem, sed Pastor prætendit
stipendium 5. flor. Luxemb. tenue nimis, quam ut
ad mediam horam eat, ibiq celebret.
In festo S. Jois Euang. Baptistæ et decollationis
fit officium, Pastor non recipit aliud salarium
quam ante dictos ⁄⁄ Luxemb.

## Kinrbirch

Alternativa cum parochia Mersdall et administrat
ut wollsfeldt.
Patronus S. Thomas.
Altare unum, calix unus.
Sacrum de quindena unde 5. flo. Luxemburg. et
sextam partem ex decimis d.ti loci recipit Pastor.
redditus fabricæ deperditi.
Capella ruinosa, ad cujus reparaem obligatur Communitas.

Mandatr sub poena executionis ut repareter.

Capella Sti Nicolai et Briccij Castri Pruniae ad petram habet singulis quindenis Sacrum, unde certam partem ex decimis recipit.

Curam animarum administrat Pastor in Alsdorff per contractum initum cum Pastore Epternacensi.

Pastor petit sibi constitui Ludimagistrum, qui Juventutem instruat, ut habeat qui sacro inservire valeat.

Deinde adstringi ad catechesin

ut procuretur in Wolsfeldt Superpellicium

et Sacristia ibidem struatr pro conservatione supellectilis sacrae.

Item Confessionale

Item ne ullus absit à divinis, in dnicis et festivis

Item ut Juventus ad sonum campanae vespertinae ad propria secedat.

Item ut in Niederwiess fiat pavimentum

Item ne quidquam ex vidualibus Ecclesiae elocetur sine scitu Pastoris.

petit claudi coemiterium pallisadijs.

Pastor offert se velle dare victum Ludimagistro per



per medium annum, et petit annuatim pro sustentae illius unum sestertium siliginis à qualibet domo.

Ordinatr ~~et~~ Constitui.

Capella Kirpsbirg ruinosa reparetr a communitate

## Ordinata

1o. Capellam in Kirpsbirg ruinosam reparabit communitas dicti loci.

2o. Ludimagistrum constituet communitas et in subsidium sustentationis contribuet qualibet domus sestertium siliginis.

3o. Incolae de Wolsfeldt Superpellicium procurabunt

4o. Item ibidem Confessionale erigent.

5to. Ne quidquam ex bonis vidualibus ullatenus elocetur sine scitu Pastoris.

6to. debite claudatr Coemiterium ne bestijs pateat.

Schannbert

Die 11o. Martij hora prima pomeridiana in Epternaco comparuere citati Pastor et Synodales d[li] Loci.

Patronus S. Martinus
Collator Dnus ab Enschring prope Biedburgum
Pastor Erasmus Theodoricus Doschnndorff.
Altaria tria consecrata
Anniversaria 4 vel 5.
Hebdomadale sacrum in die sabbathi unde 3 mltra frumenti
Calices duos ambo cuprei.
monstrantia est fracta jam à 10 annis.
Ciborium ex cupro.
Vasa itidem ex cupro.
Decimator Domicellus ab Enschring et Dnus Faust.
Eadem e ratio de minutis.
Pastor recipit 3.tiam
Campanæ duæ
Ex Fabrica recipit 8 daleros pro anniversarijs quæ tamen vix servavit ut deposuerunt Synodales.
Fabrica habet annuè ad 10 daleros Luxemburgenses.
Synodales 7.

## Capella Vndorff

Patronus S. Andreas.
unum altare
unus calix cum paramentis.
Sacrum quindenale unde duo mltre tritici.



Fabrica nullos habet reditus.
Dedicatio Ecclesiæ isto festo Sti Martini.
Alternis annis administrat Capellam Wolsfeldt.
Synodales de Doschnndorff auditi et adjurati referunt
Hillings Thomas de Vndorff
Quod custodem stola sacra percusserit in pleno templo, se fecisse ait Pastor ex perturbatione cerebri.
Item legerit cum crinibus fictitijs sacrum, fatetur quod circiter per 14 dies capillitio usus.
putat non esse aptum pro parochia, et quod judicet Collatores debere melius providere parochijs, quam ut tales proficiant.
Item se audivisse quod Pastor audierit confessiones jacens in lecto, Pastor fatetur semel factum.
Item se audivisse quod Pastor cum Juventute tempore Bachinalium moratus fuerit usq ad extremum; Pastor fatet.
Quod Pastor non faciat omnia sacra in Vndorff, ut oporteret, cum tamen recipiat de quolibet sesterlium tritici, prætendit defectum paramentorum fuisse.
Item sit valde negligens et obliviosus.
Jongen Wilhem et Curtz Johannes de Doschnndorff Synodales.
Referunt quod pastor in concione dixerit sibi ab aliquo qui jam mortuus erat, catenam quandam consignatam furto —

sublatam, si quis velit redimere ut se accedat. fatetur—
ex commissione in ultima confessione sibi data recepta
ex quo gravissima infamia mortuo evenit, unde omnibus
parochianis suspicio suborta, quod sigillum confessionis
violarit.

Item ambo fatentur se vidisse quod pastor custodem cum
scandalo stola verberarit in pleno templo.

Item ambo referunt se vidisse quod cum crinibus fictitijs
totum sacrum legerit, prout et cum capucio; idem fatetur
pastor.

Item quod satis tepide servet catechesin prout et conciones.

Item quod audiverint pastorem commedentem panem et
caseum audivisse confessiones prout et fecit jacens in lecto.
nec credit eum fuisse aegrum. negat.

Item Dongen Wilhelmus fatetur quod cum juventute
circumiverit in bacchinalibus cum scandalo, et in domo
deponentis usque ad extremum cum juvenibus permanserit
et toties cum illis fuit quoties convenerunt. fatetur—
cum aliqua excusatione.

Item quod semel usque ad secundam vel 3tiam nocturnam
in nuptijs biberit, et tamen altero die in Wolsfeldt
legerit sacrum, id se audivisse dicit ab ijs qui fuere praesentes
fatetur se interfuisse convivio et quoad omnia se submittit.

Item quod vix ulla servet anniversaria.

Item quod ad nullam parochiam sit aptus.



Item quod nullum viderit tam tepidum sacerdotem.

Item in festis majoribus non servet antiquum morem in
cantando ante et post concionem.

Ita ut nesciat quid sit in homine, cum vix ullam faciat
functionem quae aedificet homines, adeo ut timeant omnem
fortunam à se praescriptam et parochiam pessum ituram,
si diutius sub manibus talis rectoris continuetur.

Item quod cum ancillis suis non adeo satis bonae famae se
verberaverit, et quidam dixerint se vidisse.
fatetur tempore belli esse factum.

Mr Bernardus et Wabert petrus de Dordanderff
referunt se vidisse quod pastor in praesentia populi in die
dnico cum stola percusserit custodem et sine stola benedixerit
aquam.

Item Mr Bernardus dicit se audivisse in concione,
quod pastor dixerit sibi ab aliquo, qui nunc mortuus, consignata
catenam (: furto subduxerat forsan :) proinde si quis esset, qui
redimere affectet, ad se veniret.

Item retulerunt se audivisse, quod pastor jacens in lecto
exceperit confessiones.

Item tempore quadragesimae utcunque catechismum servarit.

Item audierint pastorem ferme usque ad maturam diem

ad fuisse juventuti tempore bacchanalium.
Item quod cum ancillis scandalose vixerit; ille illas verberarit, illae vero se defenderint pugnis et omni modo.
Item quod nullo modo sit aptus ad parochiam.
Item quod anniversaria vix ullatenus serventur.
Item Weber Petrus asserit se fuisse cum pastore in nuptijs et quod ille adhuc commederit secum ova circiter duabus horis ante diem, et quidem ultimo die Jovis in bacchanalibus, et tamen post in Wolsfelt sacrum legerit.

## Ordinata.

Pastor ob negligentiam et supra mentionatos excessus intra hinc et festum S.ti Joannis baptistae permutabit et si elapso termino non paruerit mandatis ad privationem ipsam procedetur.

## Messerich

Anno 1677 die 12a Martij in Epternaco citati comparuere pastor et synodales de Messerich.
Patronus S. Martinus.
Collator dnus de Chamble.
Pastor Joes Colvin.



Altaria tria consecrata.
Calicem unum cum cuppa argentea.
Monstrantiam abstulere Galli, procurabit pastor.
Ciborium argenteum.
Vasa SS. ex stanno
Campanae duae.
Decimator idem dnus Collator
pastor 3tiam
Eadem est ratio de minutis.
Pastor habet vidualia, circiter 7 jugera.
recipit etiam 3tiam ex foeno.
Sacrarium et baptisterium debite clausa.
Liber baptizatorum et conjugatorum habetur.
Anniversaria circiter 7 vel 8 unde de quolibet 15 stuferi.
Ibi habet confraternitates SS. Lamberti, Wendalini, et Elisabethae
Fabrica hbt circiter praeter 5 jugera terrae ad duos daleros simplices.
Feriatur a prandio Sabbathi, et cantatur salve regina, unde qualibet domus dat 2 sestertia ex quibus pastori cedunt 14 sestertia mensurae biedtburgensis reliquum fabricae.

Ad chorum Pastor ad nauem d[omi]nq[ue] Chamble et D[omi]nus de Keeh
Ad turrim coemiterium et ossatorium parochiani.
Synodales sex, septimus eligendus.
habet familias 25.
Capella Oberstedum
Patronus s. Briccius.
unum altare et coemiterium
calicem perdiderunt furto ante sex annos
aliqua paramenta.
nulla obligatio celebrandi, nisi in festo patroni, unde
victum recipit.
Niederstedum
Patronus s. Jacobus.
habet coemiterium
calix cum pede cupreo et cuppa argentea,
nullum sacramentum
est confraternitas s[anc]ti Jacobi, in cujus festo fit
officium divinum unde datur victus.
Item in festis S.S. Barbaræ, Margarethæ, et Mariæ
Magdalenæ facit officium pastor, sed nihil recipit.
petit sibi solvi a communitate stipendium
vel se ab onere illo absolvi.
Capella
Andorff administratur semel per mensem et aliis vicibus



per pastorem in Dockendorff
Pastor in Messerich recipit 10 sedertia mensuræ bied=
burgensis.
Patronus s. Andreas.
Pastor in Dockendorff habet curam animarum
Pastor petit reparationem domus dotis
Synodales Wilhelm von oberstedum
Schommers Hans de Messerich
referunt pastorem optime satisfacere muneri et
obligationi suæ in omnibus et per omnia, adeo ut
ex nullo capite possint conqueri.
Quod Dessindum Wilhelmi ob blasphemias continuas
uterq[ue] solvet quilibet Ecclesiæ duas libras ceræ.
referunt quod pastor calicem ex capella deportarit ad
matricem et ibi deperditus sit. offert se quod velit
aliquid contribuere.
1°. Ordinatur reparari domum dotis, cum pastori in esse
debito non fuerit deliberata.
2°. Cum calix capellæ ad usum matricis deportatus ibiq[ue]
furto sublatus sit, hinc omnes parochiani pro habendo novo contribuent
ac pro quota pastor et capella succurrent in expensis.

3.° Cum in festis SS. Barbaræ, Margarethæ et Mariæ Magdalenæ in Wadernstadum pastor divina peragat neq stipendium desuper impetrare potuerit, hine mandatur communitati, vel solvat, vel intermittat pastor.

## Ordinatio generalis

Sub visitatione et s.tæ Synodi celebratione in anno 1677 à Rev.mo et perillustri D. Dño Joanne Henrico Anethan Epô Hierapolitano Vicario grâli, officiali Treuirensi præposito Goslariensi et visitatore Archiepiscopali habita omnibus et singulis Curatis et pastoribus Archidiaconatus S.ti Petri, Decanatus



Biedtburgensis, parochianisq et subditis in genere ad firmiter et sancte obseruandam tradita.

1.° Pastor bona Ecclesiæ aut vidualia nullatenus elocet, nisi pro sexennio in sexennium; multo minus mutare, alienare, aut alio quovis modo præsumat distrahere, sine superiorum permissu.

2.° Sub poena suspensionis à divinis pastor seruabit lectionem catecheticam, et quo minus excusationi detur locus, alternis saltem dominicis concionari et catechisare poterit, absentes vero toties quoties mulctentur ad 4 albos.

3.° Quicunq in synodalem noviter electus et deinceps eligendus, non teneatur ultra id, quod bona cuiusq voluntas et arbitrium suggesserit, ne bonæ famæ et integræ vitæ homines ab officio synodali sumptuum timore sumptuum arceantur.

4.° in qualibet parochia procuretur liber, in quo scribantur nomina conjugatorum et baptizatorum.

5.° Domum dotis, si ita ruinam minetur ut funditus de novo erigi oporteat, communitas ædificabit, et si dein in statu debito fuerit pastori deliberata ille in sartis

tectis conservare studebit, aliter tamen si abs culpa eiusdem infortunio quodam aut incendio corruerit.

6.to Pastor liberas habeat 25 oves, vaccas octo, et porcos duodecim.

7.mo Ex oblatis qualiacunque demum fuerint tertia cedet pastori

8.o Proventus fabricæ sedulo et fideliter recipiantur à Mamburgis et fiat computus coram pastore et synodalibus.

9.no Sacrarium, baptisterium et cœmiterium debité obfirmentur de quibus claves singulari cum curâ servabit pastor ad evitandas profanationes et irreverentiæ periculum.

10.o Parochiani diebus dominicis et festivis intersint officio divino, nec ullus absque scitu et licentia pastoris abesse præsumat sub poena 6 allb. toties quoties.

11.o Dies festos parochiani meminerint ut sanctificent, neque ullo labore servili, advectione frumentorum foeni, aut lusu chartarum sub qualicunque demum prætextu fiat, violare audeant, et si qui contravenisse repertus prima vice solvet fabricæ 1 flor. rot. 2.a 2.os 3.tia tres, si quis incorrigibilis et refractarius annotetur et deferatur in celebratione synodi.

48

12 In omnibus parochijs erigatur formale inventarium super paramentis, redditibus fabricæ et bonis viduallibus.

13.o Juventus ad sonum campanæ vespertinæ tempore bacchanalium et aliis per annum occurrentibus conventiculis ad propria secedat, contraveniens mulctetur ad 12 allb. hospes vero detinens ad 3 flor. rot. Ecclesiæ usibus applicandos.

14. Parochi et Synodales pro posse laborabunt ut ante SS. Venerabile sit continua lampas, si non de nocte saltem per diem, dum nulla ardet candela.

15.to Cum in receptione jurium stolæ attendenda veniat personarum conditio et qualitas, hinc paterné recommendatur pastoribus discretio et prudentia, ne se simoniæ labe contaminare, aut amore lucri temporalis ferri dicantur.

16.to Mox ut repertus fuerit quidam deliquisse, deferatur et juxta qualitatem delicti convocatis synodalibus pastor in delinquentem animadvertat, et correctio semper salutaris et paterna intendatur, nec passio aut alius quidam animi motus subrepat.

Ex mandato

Ex mandato speciali
Reverendissimi et Perillustris Dni Episcopi &c.
et Visitatoris archiepiscopalis

Omnia haec et singula in celebratione s. synodi per Decanatum Biedtburgen annotavi et in fidem praemissorum subscripsi, et sigillo consueto communivi

Joannes Michaël Heinster
S.tae Sedis aplicae Protonotarius &c.



# Copia Authentica

Visitationis Archiepalis per Ducatum
Luxemburgensem continuatae
De Anno 1677 per Rm̃ Dnum Epum
Hierapolitanum scripta
&

Per me [redacted] Joem Michaelem Heinster
ad S.ti Laurentij Treviris Pastorem et
sanctae sedis Aplicae prothonotarium

Per Ducatum Luxemburgensem et comitatum
Chyniacensem a consilio regio admissum

Sequitur Tenor Placeti Regij

Der Königl. Maytt zu Hispanien
Gubernator Praesident vnd Räthe im
Hertzogthumb Lutzemburgh, vnd Graffschafft
Chiny. Entbieten allen vnd jeden so dieß beruhren
mag, vnd hierumb ersucht werden gnad, vnd geben
euch sampt vnd sonders hiemitt zu erkennen,
Was gestalt der hochwurdig vnser besonders
lieber herr vnd freundt Hans Henrich Anethan
bischoff zu Hierapolis ihrer Churf. Gnad.
zu Trier in Pontificalibus et Spiritualibus Vicarius
Generalis vns zu verstehen gegeben, das Er die
Decanaten sampt anhangenden pfarren dieses
Hertzogthumb Lutzemburgs zu visitiren vorhabens,
vnd alda so wohl das heilige sacrament der
firmungh auszutheilen, als andern seinem Ampt
obligende gebuhr zu verrichten, vnd vns hierüber
ersuchen thun ihme das darzu nothwendiges vnd
gewohnliches placetum mitt zu theilen, Vnd weil
wir solches, gutes, lobliches vnd erbauwliches
werck zu erhaltungh geistlicher disciplin zur

Ehren gottes, Undt einem jeden seelen hayll
aller dingh zu befurderen begirich.
Als haben Wir anstatt hochst gedachter Ihrer
Maytt wolgemelten herrn Vicario Generali
gestattet, vergunnet Undt zugelassen, wie wir
dan hiemitt Undt krafft dieses verwilligen zu lassen
Undt gestatten die Vorgemelte visitation in glter
Decanatey Undt anhangenden pfarren dieses
hertzogthumb ins werck zu stellen Undt zu
Vollenziehen: Euch Undt einem jedwederem
besonder hiemit nach unser hochgedr Ihrer Koniglr
Maytt Ernstlich befehlendt obglten herrn Vicario
Generali zu mehrerer frucht Undt wurcklicher
beforderungh allsolcher heylsamer intention Undt
Verrichtungh ~~Utt~~ sein guttliches gesinnen Undt
begehren alles liebliches gehör, gebuhrlichen gehorsamb,
hulff, beystandt, Undt Vorschub, mitt aller erforderter
handtpietungh zu leisten Undt zu erzeygen.
Keines wegs aber zugestatten, das Ihme in
solcher visitation, Undt was deren anhengich,
einige Verhinderungh oder widerstandt directe
noch indirecte geschehe oder widerfahre, Undt
das bey hochster ungnaden Undt anderer willkuhr-



lichen straff gegen die Ungehorsame Undt Verbrecher
ohnnachlessigh vor zu nemmen Dernach sich ein jederder
zu richten; wohl jedoch verstanden, das der Regierungh
ein duplicat obglter visitation deren in glte dieser
Hertzogthumb Lutzemburgh gelegener pfarren wie
allezeit geschehen uberschicket werden solle. geben
zu Lutzemburgh Under hochgemelten Raths Undt ge-
druckten gegensiegell ahm 19. Marty 1677 Dam. vt

(L.S.)

erat Subscriptum

Aus befelch. L. Eltzius

## Mondrich

Die 22 Martij Luxemburgi in villa Abbatiæ Epternacensis seu eius refugio comparuerunt citati pastor et synodales dicti loci.

Patronus S. Willibrordus
Collator D. Abbas Epternacensis
Pastor Joannes Hüttingen
Decimator idem Dnus Abbas
Pastor 3tiam recipit
Altaria tria consecrata
Calices duos, unus ex stanno, alter cum pede cupreo, et cuppa argentea
Ciborium ex stanno et monstrantia argentea
Vasa SS. aerea
Campanæ duæ
Anniversaria circiter decem
Sacra Hebdomadalia duo, celebravit quidem hactenus D. pastor sed absque stipendio, nec hanc obligacoem in scriptis sufficienter unquam probasse parochianos prætendit, unde nec se obligari credit.



ad chorum pastor, ad navem decimator, ad cœmiterium vero turrim et ossatorium communitas tenentur

Fabrica a quavis copulatione sacramentali recipit ½ mltr avenæ, quod si vero id non solvatur datur loco interesse annuatim 2 ½ stuph

Fabrica item habet pensiones alias, iugera terræ circiter duo, et ad 5 vel 6 vecturas foeni plus minusve

NB Pastor binat in Stainbrucken, sed nullam exhibuit licentiam ad id, prætendit oretenus concessam, sed se petiisse in scriptis, ordinarium tamen negasse quod verisimile non est, cum Concilium Tridentinum aperte mandet similes gratias et facultates scripto tenus concedendas, ad avertenda ea, quæ inde inconvenienter oriri possent; proindeque stat præsumptio directe contra pastorem, et licet ei iniunctum esset, ut probaret de licentia taliter sibi concessa, et quidem intra terminum assignatum octidui quod se posse per testes facere allegarat, interim hucusque non factum.

Capella Stäinbrucken
Patronus S.tus Hubertus
Calix ex stanno
Officium fit tertia Dominica, unde ex decimis 3a ps cedit
Pastor seorsim auditus et adiuratus nescit de ullo excessu

commisso; si quis autem occurrisset a se et Synodalibus quantocyus correctum fuisse delinquentem, sed Rev.mus difficulter credebat in tanta parochia omnia tam composite successisse, et nihil querelarum superesset, prout et postea compertum.

Synodales grauamina sua coram Notario publico N. Mannart declarata et proprys vel manibus vel signis confirmata Rev.mo Dno porrexerunt cum oblatione iuramenti toties quoties requisiti, nec se alio et motivo ea producere quam in vim obligationis et iuramenti Synodalis et mandati Superiorum Ecclesiasticorum de revelando ea, si quæ bonum Ecclæ publicum aut impedyssent vel etiamnum cum dispendio salutis proximi impedirent.

Sequitur Tenor grauaminum propositorum sub lit. A

Ahn 19 Martij 1677 vor mihr vnderschreibenen statt schreibern zu Lützemburgs vndt offenbahren Notario erschienen seindt Michaell Schreiner, Michaell Kauffmann Junger, Toussaint, Michaell Wareten, vndt Kundtgen bastgen, alle fünff kirchen scheffen der pfarren Mondrich, die welche bekennen vndt nachfolgende klagen



gegen dero pastorem H. Joannes Suttinger vorbracht.

1. Art. Erstlich das gemelter dero pastor bey zwantzig sechs jahren mitt der pfarren Mondrich versehen, vndt bey seiner ankunfft zur gemelter pfarren durch die damahlige scheffen, darunder die zeitten erster erschienende auch gewesen, von allen gerechtigkeit vndt kirchen last die neuen pastorem obligen oder angehet instruirt worden vndt vnder andern das ein pastor zu Mondrich schuldig alle wochen 2 messen nemblich freytags vndt sambstags in der pfarkirchen zu lesen: welches derselb offt vndt vielmahls vnderlassen, insonderheit im sommer bey einsamblungs der heues vndt früchten, wehrender welcher zeitt, derselb im feldt herumb lauffen, vndt seinen weltlichen geschäfften, nitt versammlung vndt hindersetzungs gemelter schuldiger messen nachgehen thut zu höchsten ärgernus der pfarkinderen vndt umbligender nachbarn

Respondet D. Pastor se multa sacra curasse legi per patres Carmelitas Arlunenses.

Item als gemelter pastor mit den ersten nacher Mondrich kommen hatt derselb ein pfarhaus von den pfarkinderen begehrt, weilen aber dieselbe sich

deßen gantz gerel, Vermeinende darzu nicht schuldig
zu sein, hatt gltr selber [illegible] pastor seine schaff deren
ungefehr hundert stuck winters, in den chor der
Kirchen getrieben, Und daselbsten eine nacht geherbergt.

Pastor negat se duxisse oves ad Chorum, ad Turrim
tamen fatetur.

Item gltr pastor hatt auf einem heiligen osterdags
3.us als die pfarkinder auf der Communion bankh gesessen
Und die heilige hostien zu empfangen etliche Commu-
nicanten als nemblich [illegible] Sonsaint kirchenscheffen
Johan Grunwaldt, Und Henrichen [illegible] haußfrauw
die heilige hostien vor die augen gehalten, dieselbe
damit [illegible] erfragt: welche nit bezahlen?
Und ohne solche hostien zu langen, dieselbe ohn
communicirt vorüber gangen, weilen aber gltr pastor
durch die [illegible] kirchen scheffen deswegen
reprehendirt worden, hatt er nachdem [illegible] oder
zweiten übergangen denen selben erstlich die Communion
geben.

Pastor negat se fecisse studio, sed ex inadvertentia
transysse.

Item vor ungefehr zwölff jahren hatt gltr pastor
4.us keine man von der pfarren Mondrich und Osterbags



in der beicht anhören wollen, sie gebrauchen dan
etliche fuder heuwes aus der gemeinen wiesen, dar-
auser er jahrlichs ungefehr funff fuder heuwes
wehrenden zehen jahren erhoben.

Pastor fatetur se negasse confessionem non ob foenum
sed aliquot straminis vecturas sublatas; interim
vero remisisse illis.

5.us Item auf der patrönner täge der kirchen hatt
der herr pastor keine Messen thun wollen,
man bezahle ihm darfur ieder Mess dreißig
zeiten silber welches ein merckliches ertragen,
weilen der patrönner funff seindt, nemblich St.
Willibrordus, St. Catharina, St. Nicolaus, St. Barbara,
Und St. Sebastianus, Und der selbige einmall
[illegible] sechtzig zeiten [illegible] empfangen.

Pastor refert se ad statuta ruralia, mandatio produci
desuper, quod non potuit dein reperiri in [illegible].

6.us Item seindt die ehrsamme von dem vorsteher
kirchen scheffen zu Mondrich [illegible] worden,
das sie iedes jahrs auf pfingst Montags ein
pittgangh nacher Echternach gehen mußen, Und der
pastor verpflicht mit dero pfarkindern dahin
zu gehen, oder einen andern priestern in seinen platz
zu stellen, welches der selbe nicht thun will, er seye

dan darvon bezahlt werden, gleichen will derselb auch
nicht thun wan die pfarkinder am dritten freytagh
nach Ostern obligiret wehren ihr pittfahrt nacher
Luxemburgh zu all Münster thun, sondern las die
pfarkinder ohn priester die pittfahrt ausrichten.
fatetur se aliquoties neglexisse; interea tamen non
credit se obligari.

7.us Item als Hentgens Hansen hausfraw Catharin vor
ungefehr neun jahr auff dem todtbeth kranck
gelegen, undt obgemelter pastor beruffen worden umb die
selbe zu administriren, ist derselb kommen, undt dem
nach sie selbigem gebeicht, undt die heilige Communion
von ihm empfangen, hatt er sein Register heraus gezogen,
undt an statt dieselbe zu trösten, hatt er sie
erinnert solte wohl bedencken, was sie ihm schuldigh,
gleich darauff hatt gemelte persohn den geist auffgeben.
Pastor negat se produxisse Registrum; monuisse tantum
moribundam de debito, ut hæredes solverent.

8.us Item wan zwey persohnen sich zu ehe nemmen
willen, thut der pastor sich weigeren, dieselbe zu
samment zu geben, er habe dan versicherungh oder
burgen vor seine iura, welche er auff drey Kehler(?)

schillingh(?) theil, undt etliche haben ihme dieselbe [illegible]
den altar bezahlen müssen, weilen aber solche vermählungen
gemeinlich auff ein sontagh geschehen, theit er die junge
Eheleuth zwingen, ihme vor solche sondagige Messen funff
zehn stüber zu geben, ob zwarn solches niemahlen bey vorigen
Pastoren geschehen, sondern ein pastor verobligirt den
pfarkindern sonn- undt feyrtags das ampt der heilig
Mess zu lesen oder zu singen.
Pastor negat se unquam recepisse tres imperiales; citentur
desuper testes.
Fatetur se recepisse stipendium pro sacro in diebus festis.

9.us So will der pastor auch niemahlen ein begängnus
halten, er wisse dan was er darvor bekomme, deswegen
er übermässiglich fordern thut, also das wenig
begängnussen gehalten werden weilen ein jedweder solche
übermässichliche kosten nicht beybringen kan.
Pastor prætendit iura sibi a Synodalibus sic declarata,
sed hi ex statutis contrarium allegant.

10 Die pfarkinder zu Mondrich(?) haben durch einen
loblichen brauch von ihren Eltern erfahren das sie
alle Sambstags nachmittags feyren, welches der
pastor nicht halten will, sondern zu pflugh fahret
und seiner anderer arbeit nachgehet, dadurch dan
solche andacht mitt der zeitt zu nicht kombt.
respondet se non obligari.

11 Item als im september letzthin gewisser pfarrkindt
Nahmens theiß Matthiß kranck worden, Undt man
zum pastor gelauffen, damit derselb gtn krancken
mitt der Communion undt heiligen öhll kommen,
Undt denselben damit versehen: ist derselb ausblieben,
Undt sich geschäuet zum krancken zu gehen, sondern
ein Capellan auß der einem anderen dorff dahin geschickt.
Pastor allegat suam tunc absentiam, et sacellanum
suum officio functum.

12 Item gtr pastor ist den weltlichen güttern dermassen
zu gethan, das ehr den gottes dienst versaumet, undt
kein oder selten Mess thut; wan dieselbe ihm nicht
bezahlt wirdt.
Pasta negat.

pastor non credit

13 Klagen hr pastor gegenklaumet den chor
14 zu Christags vor ungefehr drey jahren hat gtr pastor
kein Mess in der pfarrkirchen zu Mondrich gethan,
Pastor fatetur, sed factum quia fuerit verberatus a
Michaele Kauffman. citetur hic
Undt thun nochkinnende sich vorbehalten wider hr setzen
was ihnen an iezo nicht vorkombt, Also erklärent
zu Lutzemburgh am jahr und tags obgeschr. zu Urkundt
der warheit habe dieselbe dieses neben mir



stattschreibern Underschreiben, Undt respective Underzaichent
waren Underschriben underschiedtliche Nahmen.

Mannard Notarius
cum parap.

Den 22 Martij 1677 nachdem die kirchschöffen zu
Mondrich durch den Underschl. über ihres hr pastors
handell, wandell, undt verhalten gefragt worden, haben
dieselbe erklärt was nachfolgt.

5 Erstlich thun dieselbe erklären das ihr hr pastor ein
formall erbschafft zu Mondrich consistierendt an hauß,
wiesen, undt feldt; so viel zu einem pflugh gehörigh:
kaufft, undt an sich bracht: erben noch einem pflugh, so der
selb durch seinen knecht fahren thut, darvon ehr der
schatzungh undt aller gemeiner beschwärnus befreyet
sein will, zu nachtheill der gantzen gemeindt.
fatetur se bona emisse, sed villicum ex nunc de ijs
solvere contributiones.

6 Item hat hr pastor georgen Claus einen obligation
oder Kerbstock von sechtzigh oder siebentzigh schlechter
gulden abgehandelt, undt gtr Claus ihm sechtzehn
gulden darneben geben, darvon ehr jedes jahrs ein
weinen fuder heuwes, so sechtzehn gulden werth
ziehen thut; also das ehr in einem jahr den

seinem außgelegten geldt bezahlt werden.

Pastor respondet pratum illud non facere ultra medium
plaustrum foeni; audiantur desuper testes.

17 Item hat H. pastor glt. Georgen Claus am verlittenen
jahr zween fuder weitzen, so woll zwey Mltr gelhaf-
ern durch sein handgesindt abschneiden, vnd in sein hauß fuhren
lassen, ohne ihme die Ursach dessen zu erklären.

fatetur dicendo sibi agrum illum in hypothecam fuisse
assignatum.

18 Item in Ao 1672 hat H. pastor die fruchten vndt den
gensammen, welche ihme zu lob gefallen, nicht eingesamlet,
noch eingeführet, so den Zehendt beständern woll an die
sechs Mltr fruchten geschadt.

Pastor negat.

19 desgleichen in ao 1673 hat glt. H. pastor die
fruchten vndt dem feldt ligen vndt verderben lassen,
so den Zehendtbeständeren an die zehen Mltr geschadt.

negat itidem.

20 Item hat herr pastor von gewissen burgeren zu [illegible]
eine obligation von siben hundert gulden ab-
kaufft, vnd denen selben allein sechszig thlr, so thun
hundert achtzig gulden, darvor geben, vndt glt. H. pastor
der [illegible] obligation [illegible] unterpfandt an weinbergen
vndt ländereyen genießet vndt genießen will, bis ihme

Die



die siebenhundert gulden gantz erlegt werden.

negat se non dedisse ultra 60 daleros; citentur
partes interessatae.

21 Item hat Kunders bastian bey H. pastoren drey Mltr
korn geborgt den sester ad 10 stüber, nun mehr aber
will H. pastor ihme den sester ad 30 stüber bezahlen thun:
vndt also an statt 30 gulden dreissig thlr abfordert.

negat se petiisse 30 stupheros.

Item thut glt. H. pastor ein schuldt register führen vnd
seinem belieben nach ändern, das also niemandt sich darnach
richten kan; wo dargegen [illegible] darfte.

22 Michael Kauffmann Kirchschöffen, hat erklärt, das als
H. pastor seinem sohn zu seiner ersten Meß zum altar
gebracht, hette er ihme drey kister geben müßen [illegible]
bezahlungs, so ihme durch die gericht [illegible].

negat pastor.

NB er post fassus est.

die 23.a decretum ut audiantur alij testes super punctis
allegatis, et a reo negatis, qui proinde citati, vigore
placeti Regij comparuerunt in praesentia Adiuncti Regij
die 24 eiusdem mensis

brugs Johan annorum circiter 60 de Mondrich praestita fide
manuali loco corporalis iuramenti de sola veritate
dicenda in nullius odium, seu favorem interrogatus.

ad Art. 1m Respondet et deponit pastorem rarissime aestivo
tpre celebrasse sacra post.

ad 2.m quod pastor violenter perfregerit ostium templi, ut oves
suas posset intromittere, prout adhuc vestigia extarent negarat
enim Communitas clavem ianuae; an autem ad chorum
easdem deduci fecerit, nescit.

ad 3m se vidisse illam transitionem.

ad 4.m verum esse, et se deponentem coactum fuisse alio ire
pro confessione sacramentali peragenda, licet mulierum
confessiones fuerint exceptae

ad 5m verum.

ad 6m verum.

ad 8m verum.

ad 9m pariter deponit asserendo, quod cum vidua quadam
mediocris conditionis accesserit ad pastorem, et vix
multisque ysque instantibus precibus, et lachrymis tantum
effecerit, ut pastor pro 8 imperialibus daleris minus
2 schillingis exequias celebraret, quas ab omnibus
sine differentia, eadem solennitate servari vult
sui lucri cupidus.

ad 10, 12, 13 et 14.m
respondet, et deponit veros esse



ad 22m et ultimum.
Quod pastor quidem per scabinos pro spiritualibus nuptys
seu celebratione primitiarum Fily Michaelis Kaufman tres
imperiales extorserit, dicendo, sibi tantum de alys pendi nuptys.
Silentio imposito dimissus.

2dus testis.
Weber Hans de Mondrich annorum 55 circiter admiratus
deponit.

ad 1.2.3.4. et 5m ignorat, cum nondum tum temporis ibi
habitarit, vel saltem non attenderit, aut oblitus fuerit.

ad 6m vero 8m 9. 10 14 eos veros esse.

ad reliquos particularia nescit deponere, ac proinde silentio
imposito dimissus.

3tius testis.
Johan Wester de Mondrich aetatis 70 ann.

ad 1m 4.5. et 6m veros esse.

ad 8m deponens vidit, quod pastor in ipso templo compulerit
sponsos, ut super altari locarent tres imperiales daleros,
antequam vellet sacramentaliter copulare; quoad sacrum
fatetur pariter.

ad 9m deponens duabus vicibus exequias celebrari fecit,
cum duobus sacris, indeque coactus fuerit solvere undecim
imperiales daleros in parata moneta, sique pastor non

prohibeatur à tantis tamque enormibus et excessivis exactio=
nibus, fore: ut deinceps vix ulla celebrentur exequiæ
defectu mediorum.

ad 10. 12. 13. 14 deponit veros esse, pro ut et ad 16m respondet
ad 20m verum esse, quod pastor possideat bona qstæ interim
tamen nescire se quanti emerit ea.

silentio imposito dimissus.

4.tus Testis.

Christgen Sontags de Mondrich ætatis 32 ann. adiuratus
præstita fide manuali.

ad 8m deponit quod pastor non obstante cautione præstita se
noluerit copulare, licet in templo existeret, nisi prius
solvisset duos Imperiales daleros, et 2. schillingos.

ad 9m deponens dedit semel pastori pro celebratione exe=
quiarum, et si esset conditionis tenuissimæ, sex Imperiales
quos cum non haberet, mutuos accepit, ac pratum quoddam
oppignoravit.

ad 14 verum esse, et quod pastor constituerit rusticum
in ostio templi, qui Michaelem Kauffman cum
uxore sua ab ingressu templi arceret.

de cæteris ignorantiam prætendit.

silentio imposito dimissus.

5tus Testis



Trudero Johan de Mondrich æt. 28 ann.

ad 4. 6. et 8. veros esse, pro ut et 9.m deponit, seque pro
exequiis vero sororis suæ soluta sex numerasse Imperiales
hac conditione ut tria sacra legeret, vicumque celebranti daret.
cui deponens dein stipendium debitum solvit.

ad 10.m verum esse, imo dum alios desinere a labore contingit,
incipit ille.

ad 12. 13. et 14 veros esse.

Pastor vero nunc arrestationibus, et sequestrationibus diver=
simodè compulsus ad soluendas contributiones, et sic respondet
ad 15m

ad 17. et 18. itidem veros, et propriis se vidisse oculis deponit;
ultra hoc ultimatim conquerebatur.

quod sibi deponenti propria authoritate violenter abstulerit
30. circiter avenæ manipulos, licet deponens agrum coluisset,
et seminasset.

Pastor hoc restituere compulsus fuit.

Item deponens vendidit pastori ein Kerbstück vel obligaõem
de decem daleris pro quatuor, et dum postea redimere vellet,
pastor recusavit, et si omni ferè anno plaustrum foeni ex
prato receperit sup quo stabant dicti 10 daleri, deponensque
ultra dimidium læsus fuerit.

silentio imposito dimissus.

6tus Testis

Philippus Mombour de Mondrich ætatis 33 interrogatus,
ad articulos propositos deponit, ut sequitur.

Ad 4. et 6.m veros esse.
Ad 8m deponens ipse coactus fuit dare pro copulatione
sacramentali quatuor Imperiales et schillingum.
Ad 9m pastor compulit deponentem ad habendas exequias,
pro quibus debuit soluere decem Imperiales, et hæ quidem
concernebant patrem defunctum; et alias pro exequiys
matris suæ octo imperiales minus 3 stuph.
Ad 10. et 11. veros, nesciendo tamen pastorne data opera
ita disposuerit.
de reliquis particulare nihil, nisi quod ipsi deponenti
demeti fecerit agrum vnius iugeri, propria etiam authe
ante duos circiter annos, neque potuerit per viam iuris
recipere, existente vtpote pastore nimis potente, aliysque
intentationibus litium interminante.
silentio imposito dimissus.

7mus Testis.
Krettam Michael de mondrich æt. 60
Ad 4. 5. 6. et 8m veros esse, seque deponentem tres imperiales
pro nuptys soluisse. similiter ad 9m 10. 12. 14. et 15 veritati
eos conformes respondet, quoad cæteros vel nescit, vel certe
non vidit, nec proprys auribus audiuit; ac proinde super ys
specificè nihil testari se posse asserit ac sic
silentio imposito dimissus.
8uus Testis.


Elisabetha vidua Johannis Schrobildgen de mondrich
æt. 70 adiurata, ut pertinenter ad singulos interrogatorios Articulos
respondeat in simplex veritatis fulcrum semoto quovis
respectu odio fauore etc.
Ad 1m deponit interrogata ab ipso raro celebrari, an vero
per alios alibi legi faciat sibi ignotum esse.
Ad 3m se in scamno communicantium tum temporis sedisse pro
sumenda SS. Eucharistia, et pastorem transysse personam
in dicto articulo mentionatam, an vero formalia ibidem
expressa verba pronuntiarit, non audet affirmare; de transitu
autem bis terue facto cum exacerbatione scandalo, et
confusione testatur tanquam ocularis testis: vtpote factum
in facie Ecclesiæ, inspectante omni populo commissum.
Ad 4m 6. et 8m veros, ipsiusque deponentis filius soluit
pro copulatione quatuor imperiales, vel saltem ad minus
vnam pistollam, cuius tam accuratè non meminit.

Ad 9m similiter, deponens enim in mariti sui exequys ob
sex sacra soluit pastori præter victum quem in abundantia
et ad splendorem procurare se coegerat quinque daleros
Luxemburgenses, itaque violenter quibuslibet promiscuè
pecunias extorqueat; et quod amore lucri agat vel ex eo
luculenter probari, quod pro sua deponentis filia defuncta
exequias celebrare noluerit, nisi prius de pretio
conuenirent, deponens vero ex defectu talium mediorum
impetrare exequias non potuit, licet medius effluxerit annus

Ad 10. 12. 14. veros ut 4.
Ad 15 respondeat et deponat, affirmat q[uod] sibi pastor authe
propria pratum quoddam abstulerit, ararit et seminarit,
deponentis tamen domestici viafacti una cum frugibus
receperint.
de reliquis nescit testari, et idcirco silentio imposito dimissus

9nus Testis
Quirinus Filon custos de Mondrich aet. 66 ann.
adiuratus, et praestita loco corporalis iuramenti sti=
pulatione manuali interrogatus.
Ad 1mum respondet pastorem sibi dixisse, quod curet sacra
legi Arluni.
Ad 2m fuisse oves in templo, nescit tamen an chorum
ingressae.
Ad 3m vidisse se, quod pastor bis transierit, et tertia vice
tandem communicarit.
Ad 5. 6. verum esse
Ad 7mum quod infirmum monuerit de debito, Registrum tamen
non produxerit
Ad 8m. 9. et 10mum veros esse.
idem dicit ad 12. 14. et 15m an vero nunc contributiones
de acquisitis solvat, non satis novit; prout nec de
reliquis; quare silentio imposito dimissus.
NB. quod idem testis extrajudicialiter dixerit a se exactos
fuisse stis quindecim imples pro exequiis filio suo, quod
in depositione fuerat oblitus testari et deponere.



Joes Corrier de Mondrich aet. 40
interrogatus super articulis, praevia tamen seria monitione
de non testando nisi ea, quae sub certa scientia contigisse;
desuperque manum porrigendo et stipulando respondit,
et deposuit.
Ad 8m quod a se deponente exegerit, et exigat ratione copulationis
matrimonialis 4 ½ Imperiales, quos hucusque deponens
recusavit solvere tanquam iura nimium excessiva et omnibus
statutis tam Archidiaconalibus quam ArchiEpiscopalibus
aperte contraria, interim tamen credit in Registro seu
manuali pastoris annotatos esse.
Ad 10. 14 veros esse: prout et respondet ad 15m Articulum quodque
sibi deponenti sustulerit sine interventu et Authe supe=
riorum duo frusta agri, nec velit ullatenus desuper
satisfacere confidens bursae suae pingui et ad lites prose
quendas peropportunae et perquam necessariae
Item ferme ein halben Hauffen Stroh violenter surripuerit,
licet deponens inclamaret, ut legitimo iuris remedio id faceret
et tentaret; sed in vanum clamavit surdo, et iudici in propria causa
Ad 16m deponens scit pastorem multa emisse, sed credit quanti
minimi, dum homines saepius in necessitate extrema constituti
facile ad quemlibet etiam iniquum contractum extorquere;
prout hic vix aliter contigisse existimat.
de caeteris Articulis nescit specialia, ideoque dimissus

Undecimus Testis.

Johan Hoss de Mondrich aet. 36
interrogatus respondit.
ad 3m 4m et 6m veros esse
eademque est ratio quoad 7m, nisi quod register seu manuale
non produxerit, sed debiti memorem fecerit agonizantem, unde
nempe iam esset soluendus etc.
Ad 8m deponens ob sacramentalem matrimonij solemnisationem bis
soluit tres imperiales.
Ad 9m deponens pro exequijs uxoris suae coactus fuit dare decem Imperiales
in parata.
Ad 10. 14. 17. 18. 19. veros esse.
Ad 20m deponens fuit personaliter praesens, dum pastor emit obligationem
gst. sed non recordatur dedisse ultra dimidium.
Ad 21 deponens fuit praesens, dum pastor petijt solui a Kundtgen bastgen
sestertium siliginis, per dalerum Luxemburgensem, sed nescit
quantum siligo constiterit dum dictus bastgen emit.
Item Johannes Meyer sestertium siliginis pro 17 stuph. emptum
expost per medium Imperialem soluere compulsus: deponens praesens
interfuit, et praedictam siliginem sicut praemittitur emerat.
partem quidem sc. 4 mlra deponens soluit per 17 stuph.
sed quia alter non potuit eodem tempore soluere, cum tanto
foenore soluit; similesque usuras cum alijs practicatas persuasum
tenet, silentio imposito dimissus.

Duodecimus Testis.

Johannes Ruter de Mondrich aetatis circiter 38 ann.
interrogatus super 9 et 14 articulis ait veros esse, ipsumque
pastorem iussisse excludi Mihaelem Kauffman, quominus
sacrosanctae Missae officio interesse posset, et praecepto Ecclesiae
~~interesse~~ satisfacere.
de religijs non interrogatus, sed dimissus.

Decimus Tertius Testis.

Jungers Claes de Mondrich aetat. 34 ann.
refert de punctis mentionatis multa se audijsse quidem, sed
speciatim nihil posse desuper testari.
Ad 3m tamen ait pastorem sibi negasse S. Communionem, praetendendo
causam, quod non dedisset oblatum, licet deponens in die palmarum
ad offertorium iuisset.
Die 26. Martij decretum et iniunctum Dno pastori sub poena
suspensionis, ut registrum cum alijs contractibus exhibeat
personaliter, quo praevio ulterius statuetur.
Item iniunctum citari haeredes seu venditores obligationis
de 700 fl. ad diem 27. martij, qualemus personaliter compareant
ad audiendum, quae sibi in termino latius proponenda fuerint.
Decretum Luxemburgi die 25. martij 1677.
Die 27. personaliter in refugio Epternacensis Abbatiae
comparuit Franciscus Krobschmidt, et interrogatus qualiter
obligatio de 700 fl. gst. vendita esset: respondit. Item

temporis minorennem fuisse, et sub curatela, ac proinde se
iure non posse: nisi ex computu sui curatoris, quem tam cito
ad manum habere non posset.

Il. Margaretha Krottschmidt cohaeres et in valle habitans
vidua refert, quod tres socios receperit et decem daleros
et exiguum quid ultra pro media parte sibi competente ex
obligatione saepe factorum 700 fl: et per consequens pastorem non
soluisse pro medietate: ac partibus ultra dimidium laesis resilire
liberet, ~~vella~~ sibi, sed difficile esse ius prosequi contra tam
sinistrem sacerdotem, caeteroquin indicaret sibi coram Deo aliquid
adhuc inde deberi.

Eodem die ante prandium comparuit et grauamina sua particularia
deposuit in praesentia D. pastoris coram Rev.mo et Ill.mo Dno Epo e
et Reverendo P. Philippo Scouville Soc. Jesu presbytero
et adiuncto nostro et pro parte suae Regiae Catholicae Maiestatis
Diedrich Krüger de Stainbrück, asserendo in faciem
pastoris, se debuisse eidem vndecim imples, desuperque in defal-
cationem quinque imples in praesentia Johannis Hoss numerasse,
nunc vero pastor neget receptos esse.

13 Confrontatus pastor respondit, se studio id non fecisse.

Item comparens a pastore emit equum, et cum in paratis
soluere nequiret, conuenit, vt anno quolibet vnum cum
dimidio iugerum coleret, et seminaret semine tamen D. pastoris,
qui pisa seminanda dederat: cum vero ex post in agro
illo non crescerent, pastor indignabundus coegit deponentem,

vt cederet agrum deponens, quem pro se coluerat nec hic 65
hominis auaritia finem sortiri poterat, sed quia ob multitudine
bonorum diuersis in locis sitorum super pisis maturisset adhuc
dum in agro iacentibus curam non habebat, casu per incursu
equorum aliorumque animalium deperdita fuerunt ex potis-
sima parte; cum comparens id pastori referret, iussus fuit
reliquias domum adducere, fore: vt bene et amicabiliter desuper
conuenirent. interea vero pastor dilapsa ad 2 maldra taxauit,
illudque debitum registro inseruit, debitum vero de equo empto
ascendebat ad nouem imples summam sane dat magni lucri feracem.

Pastor respondit cur non reddidisset debitam pecuniam.

Il comparens conuenerat cum D. pastore vt annuatim de
viginti tribus imperialibus, quos ei debebat titulis varijs
et vndenis demum conquisitis, loco interesse deliberaret
vnum maltrum siliginis, interim comparens ob caritatem
et frumentorum inopiam fuit coactus solutionem differre
vsque ad vberiorem messem, pastor solutionem vrsit in ea qtte
pro 51 fl tpre illo quo deliberari debebant, valebant frumenta,
et cum tum ad sex septemue imples aliquis ascenderint
pronum est videre vsuram, dum de 23 Imperialibus pro
interesse requiruntur sex vel septem imples daleri.

Pastor respondit se tantae siliginem vendere potuisse,
si habuisset. Eodem die Rev.mus et Ill.mus Dnus Visitator
mandauit honorabili Dno Joi Huttinger, ne amplius
compareret cum crine militari sub poena 5 fl aur. in auro
sed clericaliter tonsus. decret Luxemburgi

N° Manuale pastoris examinatu fuit obiter, et quidam ex allegatis contractibus ibidem reperti, ut manuale docebit fusius.

Hora prima pomeridiana eiusdem diei comparuit rursum dictus Joes Huttinger ad ternam et seneram monitionem

pœnâ 5 ƒ aur. in auro comminationem quoad capilli militaris detonsionem, et clericalis coronæ gestionem contumax mandatis 3tiis sui parere detrectauit, et per consequens superiorem suum enormiter despexit. hinc dictus Joes Hutting multatus ad ptos 5 ƒ aur. et desuper per pns decretum de mandato executio iis, ad quos de iure pertinet.

decretum Luxemburgi die quo supra.

Item dum manuale examinatum cum diversis litteratoriis documentis et obligationibus, repertum fuit instrumentum publicum super acquisita obligatione de toties dtorum 700 ƒ l[?] de 60 circiter daleris Imperialibus memorabat.

Item unam obligationem de 60 ƒ simp. pro septendecim ƒ et 6 stuph.

Item in manuali repertum, quod pastor vendiderit frumenta sestertium scil. pro 15 stuph. si in paratis soluerent, si vero crederet, pro 18 stuph. soluenda.

plura quærere non vacabat, licet tota patria, omnisque status hominis auaritiam admirabundus suspexit et altum pro corrigendo hoc usuræ famosæ vitio inclamabat.

Et vero tempus premebat, ut visitatio promoueretur celerius, alias ulterior et amplior informatio sumi potuisset



super his supra allegatis varie consultum fuit per Revmum et Illmum Dnum Episcopum, et R. P. Philippum Sconincx Soc. Jesu presbyterum, et adiunctum Regium pro causæ huius matura decisione, quæ dein subsecuta tenoris sequentis

## Sententia

In causa morum Correctoria hon.lis Dni Jois Huttinger curati in parochiali Ecclia in Moudorff obeius varios eosque grauissimos et scandalosos excessus in visitatione generali ducatus Luxemburgensis, diœcesis Trensis, ad denuntiationem synodalium, et communitatis præfati loci coram nobis summarie introducta visis iuribus, commissione Archiepali, placeto Regio, denuntiatione præfata sub lit. A. citatione, et personali comparitione, iam dicti Dni pastoris, eiusdem super Arlis iteratis responsionibus et ipse confessionibus, dictis et depositionibus testium decreto pro de 26. currentis ad exhibendum manuale registrum aliosque contractus in protocollo visitationis specificatos, eorundem productione, et inspectione, concurrente fama publica et scandalo de illicitis negotiationibus, et usurariis contractibus eiusdem rei denunciati nec non detestabilis auaritiæ vitio inueterato, ita ut nullus apud parochianos suos spiritualis fructus sperari possit, aliisque de iure considerandis mature perpensis Deum solum et SS: Justitiam præ oculis habentes et pessimis

Ecclesiasticorum ac Sacerdotum Pastorum ijs et exemplis ad placandum funestissimo hoc rerum statu irati numinis furorem, per opportuna iuris et facti remedia maturè occurrere volentes, per hanc nostram sententiam quam in his scriptis dei nomine inuocato ferimus, dicimus, decernimus et pronuntiamus, sæpè fatum Dnum Pastorem Reum denunciatum ob Articulatos in Protocollo visitationis excessus officio et beneficio curato in Parochiali Ecclesia in Nundrich priuandum, atque sic priuatum ex eius possessione de et emittendum omnes et singulos contractus usurarios de quibus in actis mentio, et si qui adhuc ulterius probari poterunt, cassandos et annulandos, ac per ~~eius~~ eos læsos in pristinum statum restituendos, actiones vero et iura, si quæ eidem Pastori in puncto debiti ciuilis contra debitores singulares habere se putaverit coram competente iudice reseruanda, nec non pro emenda ciuili in centum daleros Luxemburgenses ad usus Ecclesiæ nostro arbitrio applicandos condemnandum fore et esse, prout per præsentes priuamus, sicque priuatum de et emittimus, cassamus, et annullamus, restituimus, reseruamus et una cum expensis huius summariæ informationis /: moderamine saluo :/ condemnamus respectiuè. erat subscriptum J. H: Anethan
Epus Hierap. Suffrag. Vic. gralis et offlis Trnsis
Visitator ArchiEpalis cum parapha.

Lata hæc sententia in præsentia Rdi. D. Philippi Suruille adiuncti Regij et R.R.D.D Antonij Feller pastoris Sti



Sti Nicolai Luxemburgi, et Petri Löster Sacellani die 27 martij 1677.

Qua quidem lecta D. Pastor cum silentio discessit.

Cum vero ex post dictus Dnus in solutione emendæ ciuilis /: quam Revmus Dnus pro medietate assignarat Parochiali Ecclesiæ ad Stm Nicolaum Luxemburgi, pro altera vero hospitali Stæ Elisabethæ in Eleemosynam pro sublevamine pauperum :/ morosus reperiretur, ad executionem processum per Dnum ostiarium Schwartz qui mulctam supradictam recepit, et secretario visitationis deliberauit deliberatam vero suis quamque locis consignatam tradidit dictus secretarius, pro ut quittantiæ desuper datæ docebunt. scilicet triginta Imperiales daleros solutos præfatæ Parochiali ad Stm Nicolaum, et alios triginta hospitali ad Stam Elisabetham. duos vero et medium Imperiales inter seruientes Revmi diuisos esse et fuisse sciendum.

Expensæ huius informationis summariæ admodum fuere mediocres, et a Revmo Dno Epo moderatæ, et per Dnum ostiarium Schwartz executæ, in toto fuerant ad — quinque Imples et 40 stuph. pro ut scedula expensarum Mto Dno Schwartz tradita clare insinuabit, ex ijs vero aduertendum est: testibus sua cessisse iura, nimirum tredecim citatis testibus pro vacatione, cum tribus ab urbe Luxemburgensi horis distent, cuilibet 10 stupheri, minus enim dari non poterat.

Mondorff

Cæterum cum dissensio fuerit, num Altwies et Elvingen teneantur ad communia onera cum cæteris parochianis, declaratum

c

fuit, quod teneant filiales concurrere in omnibus circa aedes
Ecclesiam parochialem in Mondorff, Incolas vero in Eluingen
etiam teneri ad constituendum pro rata stipendium pro aeditui in
Mondorff constitutione.

## Nörtzingen

Interim usque dum plena vel sufficiens informatio haberetur super
vita et moribus honorabilis Dni Joannis Huttingers citati
Dnus pastor et synodales de Nörtzingen ad diem 24 Marty,
qui et eodem comparuere die in villa Epternacensi, seu
domo refugij Luxemburgi.

Ecclesia parochialis erecta est sub patrocinio S. Andreae Apli.

Collator Dnus Abbas Munsteriensis.

Pastor Joannes Sadler

Altaria duo consecrata

Calix ex argento

Monstrantia et ciborium exigui valoris

Campana una

Anniversaria circiter quatuor, unde pastori ex oblatis in
festo Sti Hippolythi cedit Imperialis.

Decimator idem qui Collator ex tertia parte.

Dnus pastor habet tertiam, et mediam, et altera sexta
cedit cuidam Abbatissae Sti spiritus.
eodem modo dividuntur minutae



bona caeteroquin vidualia pastoris admodum exigua.
ad chorum pastor, ad duas partes navis Dnus Abbas,
et ad tertiam dicta Dna Abbatissa reparandas tenentur.
Fabrica nullos habet reditus, nisi oblata in gazophilacio.

Pastor seorsim auditus, et adiuratus refert et conqueritur quod
in festo B.M. annunciatae, uti et in die palmarum Nicolaus
Donlinger suos domesticos adegit ad labores vecturis ac sic
dies festos scandalosè etiam monente et renitente pastore
quod abstineret, violavit; ex post vero coram synodalibus desuper
monitus, et punitus noluit se submittere.

Pastor petit reparationem domus dotis aut perfectionem illius,
ne una pars cum altera simul corruat.

Item petit sibi assignari numerum pecorum conformiter alys suis
confratribus de Capitulo.

Synodales duo.
Clasonis Johan de Houringen et Schultris Nicolaus de eodem
loco referunt pastorem muneri suo in omnibus plenè satisfacere,
et satis ferventem esse in suis functionibus.
Item de Nicolao Donlinger eadem quae pastor protulit
confirmant.

## Ordinata

Domum dotis cum reliquis appertinentys in debito statu
communitas deliberabit infra sex menses, sub poena realj

executionis, quæ in casu contumaciæ Justitiario loci demandatur.

2o. Pastor liberas seu immunes habeat quatuor vaccas, necessarios equos, et octo porcos, pro custodia vero eorum quælibet domus totius parochiæ pro quota contribuet, usque dum aliud desuper ordinatum fuerit.

3tio Nicolaus Donlinger ex causa violatorum festorum et contumaciæ Ecclesiæ solvet — —

4to Cœmiterium proximis temporibus debitè et sufficienter claudendum, ne bestijs pervium existat.

5to Nicolaus Donlinger ob excessus suos solvet Ecclæ Fabricæ pro mulcta duos florenos aureos Luxemburger.

## Arlunum

Die 30 Martij Rev.mus et Ill.mus Dñus Epus venit illuc, et in ædibus honoratissimi Dñi Brettenhoffs hospitium sumpsit.

Cum omnibus in provincia notum esset de famoso processu Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ Trevirensis, contra, et adversus R. D. Augustinum Rumlingen pastorem et Decanum Arlunensem, moto et in dicta Curia pendente, hinc Rev.mus Dñus visitator consultum reperit, procedere ad causæ huius finalem decisionem, cui præmissa fuerat



de novo informatio et auditio testium per Dnum Notarium Haustelt.

Quæ quidem depositiones, et dicta testium Ecclesiasticorum et Laicorum supradicto Dño Rumlingh communicata et prælecta ad suas desuper exceptiones in contrarium producendum, si quas se habere putaret; imo nonnulli petebant personaliter confrontari super quibusdam Articulis quod ordinatum fieri.

Sed supradictus Dnus Rumlingh poenitentia forsan ductus, et litis eventum propria dictante conscientia suspicatus maluit se submittere superioribus suis maturè, antequam cogeretur sententiam probabiliter minus favorabilem audire, utpote honori et famæ tam suæ quam suorum consulere volens. comparuit Anno Dni 1677, die 31 Mensis Martij toties nominatus Rumlingh coram Rev.mo Dño Epo Hierap. et Rdo item D. Philippo Scouville, et me Stæ Sedis Apostolicæ prothonotario asserens qualiter iam ob diversas corporis infirmitates, aliasque incommoda curam animarum, et onus ritè et debitè gerere et administrare nequeat, nec officio Decanali per omnia satisfacere; proinde resolverit primo quidem officium dictum in manus Capituli Arlunensis Christianitatis /: salvis tamen per omnia iuribus Archidiaconalibus :/ remittere et resignare; insuper quo ad parochiæ suæ Arlun. administrationem Rev.mo Dño Epo omni humilitate se totaliter submittens; hac tamen expressa* cum clausula, et reservatione, ut sibi

durante vita de medijs necessarijs et opportunis ad sui status
clericalis conservationem sufficienter, et abundè provideat, i
pro ut p praesens remisit, resignavit, et respective se submisit,
deq omnibus expensis tam Luxemburgi coram consilio Regio
contra Dnum Treller, quam Treviris factis: modo tamen
p Ordinarium fuerint moderatae / satisfacere stipulata
manu sancte promisit. Actum Aelui anno mense, et
die quibus supra praesentibus R.R.D.D. Joanne Marson
pastore in Regis curia, et Francisco Huquenin presbro
Trensi testibus subscriptum erat.

A: Rumlings resignans mppria

Hanc supradictam resignationem cum reservationibus ut supra
Ego infrascriptus authe officij mei acceptavi

Johan: Hen: Anethan Epus Hierap. suffrag.
Vic. gralis Trensis visitator

Ita esse testor Joh. Marson mppria Idem ego Fr. Huquenin
et quia sic omnia fieri vidi et audivi hinc in fidem
praesentem actum ad notam sumpsi J.M. Heinster protho
nts Aplicus, et visitationis ArchiEpalis secretarius.

Atq sic tandem, cum animatum periculum in mora ulteriori
esset, ac ne sumptus per diuturnas ambages ulterius
crescerent, crescente etiam indies scandalo, et officio divino



minus decrescente processui fiscali summarie et breviter
finis impositus; et vero nisi Revmus Dnus pepercisset 68
honori, famae, et personae Clericalis existimationi, quae ex
confrontatione oblata testium super negatis excessibus ~~nece~~
urgebatur, sane ad sententiam fuisset processum, imo hanc ipsam
verisimiliter inde secuturam confessionem mtus resignans sibi
non vanum augurabatur.

Procul a Jove, procul a fulmine, vix Revmus iam terga verterat,
verum tritum illud Ethnicorum in usu esse expost luculenter
patuit, dum ad iteratas monitiones vix tandem nisi minas et
novum processuum intentationes pro responso dedit, pro eo quod
conformiter submissioni suae agere deberet, ac eos solvere de
quibus in actu supra posito mentio. Quare, cum benignae
~~executionis~~ correctionis iugum inobediens exuere velle
videretur, per opportuna iuris et facti remedia ac censuras
ad submissionem debitam compellendus fuit tanquam con=
tumax et rebellis, ac ab officio et beneficio suspensus,
et pro suspenso declaratus, omnibusq et singulis iuris=
dictioni ordinariae subditis, serio in virtute stae obedi=
entiae mandatum fuit, quatenus dictum Rumlings sicut
praemittitur suspensum, et pro suspenso declaratum habeant
et ab alijs haberi faciant, donec et quoadusq submissioni
suae ac promissioni supra mentionatis dcijs expensis

tam actionis fiscalis, quam in Regio consilio Luxemburgensi,
ac in novissima commissione ab ostiario D. Saurfeldt vi
placeti Regij nuper Arluni 22 Martij currentis anni tenta
contra eundem D. Rumlingh factis plenè et integrè saty
fecerit, aut cum ijs quorum interest desuper per cautionem
aliove legitimo modo convenisse authenticè docuerit.
Insuper ne domesticam La Colliere ad domum admittat, sub
poena privationis ab officio et beneficio.
Atq: sic tandem damno suo sapientia et doctior factus, ne
Ecclesiam veluti Matrem videret contemnere, memor illius s:
qui vos scilicet superiores me spernit, me spernit, æternæ
est veritatis oraculum, in omnibus paruit et per præsentem
solutionem Fisco Tinsi, Notario D.D. Feller et Saurfeldt per
omnia satisfecit, prout per authenticas quittantias abundè
docuit sero quidem.
Eodem 31 die Martij mandatum transmissum omnibus capitularibus
christianitatis Arlun. de personaliter comparendo Arluni ad
2dam Aprilis pro Electione novi Decani.
In vim igitur antedictæ citationis peremptoriæ comparuêre diè
2a Aprilis Dni Capitulares christianitatis Arlunensis, ac
hora 8a de mane processum ad Ecclesiam parochialem seu
verius ad rudera ejusdem, et celebrato per Revmum Dnum Epm
sacro, ac invocata Spiritus Sancti assistentia per hymnum
consuetum veni creator etc. reditum fuit ad ædes residentiæ,
ubi omnibus capitulariter convocatis et congregatis optimè

mtus Dnus Epus, facta tamen prius protestatione, de non volendo
per hoc præjudiciare iuri Archidiaconali, exhortationem brevem 69
habuit, ut personam capacem, et idoneam pro Decanali munere
eligerent, qui onus officij sui pondus et rationem probè calleat,
nec in ullius odium, favorem respectum aut ex motu inordinato
quidquam inciperent, sed Deo auspice, ut sibi de capite, homine
ætatis maturæ, virtutis probatæ, discretionis eximiæ, qui meritò
ob vitæ integritatem, morumq: modestiam alijs præferri mereatur,
ut in specula constitutus altiori aliorum facilè errores agnoscat,
et vulneri medelam opportunam maturius impendere valeat.
Quo prævio ad Electionem Decanalem processum præsidente
Revmo Dno Epo nomine et pro parte Emi mi Dni
Archiepi Tinsis, assidente R.P. Philippo Sconville præsentibus,
ac nomine Capituli assidentibus electis scrutatoribus R.R. D.D.
Pastoribus in Nouson et Wolckringen ac me Visitationis huius
secretario.
Vocatis omnibus qui hujusmodi electioni potuerunt et debuerunt
interesse, votisq: singulorum secreto ac sigillatim receptis et
perscrutatis, ac illis simul collatis Revmus Dnus præsidens pro
suo et aliorum eligentium vice et nomine Rdum Dnum Joannem
Marson pastorem in Regis curia et dti Capli definitorem canonicè
et ritè electum publicavit et proclamavit et nomine Emi mi Dni
Archiepi confirmavit electionem desuper persona memorati Dni
Jois Marson ritè, utpote et legitimè factam et celebratam.
Simili scrutinij forma Electi in definitorem Dnus Matthias
Stieltgen pastor in Hertzigs; in procuratorem Dnus Joes
Heÿler pastor in Herverdingen et 3tio in Secretarium

Nicolaus Hostert pastor in Hondlingen Electionibus sic
præmissis recens electus Dnus Decanus cum pluviali et candela
ardente in manu medius inter duos seniores definitores ad Ecclesiam
Sti Martini solenni Campanarum pulsu et totius populi voce et
acclamatione deductus. Deoque gratiarum largitori gratiosissimo
soluta gratiarum actio intonato Ambrosiano hymno; alijsque
absolutis quæ in similibus fieri consueverunt, de iure et consue
tudine.

Quoad parochiæ vero Arlunensis administrationem visum fuit
coadiutorem denominare, qui cum pastore super proventibus universis
tractaret, totumque onus parochiale in se susciperet cum obligatione
in die districti iudicij desuper rationem strictam reddendi coram
altissimo, estque denominatus honorabilis Dnus paulus meyer
sacerdos probatæ et integræ vitæ ac morum, vir sane zelosus, prudens
et dignus, qui promoveri mereatur.

Honorabilis Dnus petrus Nothumb sacellanus in sterpenich
ob scandalosum quendam actum in parochiali Ecclesia Arlunensi
commissum, dum duo copulandi essent, aliosque habituales blas-
phemiarum excessus, mulctatur, ut per quindenam in solitudine
in pane et aqua, hanc et cæteras culpas expiet, doceatque de peracta
poenitentia per ~~exp~~ attestationem authenticam a superiore
monasterij subscriptam, dabitque pp. illis in Eleemosynam duos
florenos aureos in auro

NB paruit

Ea quæ sequuntur fuissent ex parte præponenda, ut priora

tempore, nallebam tamen perterere seriem negotij Arlunensis, quam
legentem distrahere intermixtione aliorum. 70

Oberkerschen.

Die 30 martij.

Synodales unanimiter deponunt Dnum pastorem per omnia muneri
suo satisfacere, nec sciunt de ullo excessu commisso, qui non fuerit
pro posse et nosse punitus.

Pastor seorsim auditus particularia quoad parochiam suam
non deposuit; nisi

Quod Dnus Rümlingh Arlun iam ab undecim annis nunquam
visitarit Capitulum iuxta obligationem Decanalem.

Item in ultimo Capitulo ei iniunctum sit domesticam illam famosam
dimitteret, sed surdo cantatum.

Item non servet Capituli secreta sed obvio cuivis aperiat.

Metzigh.

Eodem die citati comparuerunt Arluni pastor et synodales.

Et hi quidem sigillatim vocati, et auditi referunt, Dnum
pastorem esse virum egregium, pium, et zelosum in officio
suo, ac ea sedulo curare, quæ ad Ecclesiam quovis modo
pertinere dignoscuntur.

Item cœmiterium in Bettingen, per effusionem sanguinis
humani violatum.

Pastor graviter conqueritur de negligentia suorum in frequen-
tanda lectione Catechistica, petitque statui poena contra

moroses.

de cætero cum tantum duobus annis possideat dictam parochiam de excessibus particularibus ignorat.

Ordinatum

Ut pastor coniugandos et electos pro patrinis seu matrinis super Articulis fidei examinet, et si illos sufficienter instructos reperiat, sine differentia remittat, ut vel sic confusionis vitandæ gratia, si non sint salutis zelo diligentiores et frequentiores sint.

Prædictum vero examen fiat ante proclamationes coram duobus synodalibus tantum; sic enim minori incommodo differri possunt.

# Gerlingen

Die 31. pastor et synodales dicti loci comparuerunt citati, et conquerunt

Quod subpræpositus Arlunensis quaslibet poenas sibi reservet, nec patitur ut pastor vel synodales simul pro ½ ℔ ceræ delinquentes puniant, ex quo proinde grave oritur vilipendium pastoris et synodalium, et cum tanta præiudicia patiatur

Immunitas Ecclesiastica, mirum non est ea sæpe oriri, quæ deploranda et abominanda omnibus de clero bene sentientibus merito videntur et sunt.

Item Cæmiterium sit in aliqua sui parte pervium.

1o Franciscus Schwab synod. adiuratus refert, quod pastor





rarius catechizet.

2o Item sit rumor ac si patrem suum verberibus tractarit

NB pater omnimodè negat unquam factum.

3o Item sit et quotidie magis ingravescat fama sinistra in puncto incontinentiæ.

Item quod vino deditus, et pobes ut plurimum ritas pro centro suæ conversationis habere videatur.

hæc pastori proposita qui respondit.

ad 1m aliquoties omissum.

ad 2m negat.

ad 3m fassus depreciatur et se submittit, non efficaciori probatione convictus, quam propriæ conscientiæ identidem remordentis revelatione et anxio motu.

Ordinata

1. Mandatur Communitati ut provideant de necessaria reparatione Coemiterij parochiani.

2. pastor ~~~~ ~~Catechismum~~ diebus Dominicis, aut saltem alternis concionet et catechizet.

3o. ob sacrilegum excessum incontinentiæ pastor in pane et aqua faciet poenitentiam per mensem apud P.P. Carmelitas Arlunenses, ac pro emenda civili usibus pijs applicanda decem florenos aureos scilicet quatuor dicto conventui et religiosis sex secretario visitationis solvet dictus pastor Dominicus gerlingen. Decret: Arluni die 31 marty 1677

Aduerte satisfactum huic decreto; causa quidem sufficiens fuerat pro compulsione ad permutandum; quia tamen et factum nondum notorium, et beneficium prorsus tenue, quod tu vix permutaret quisquam, hinc iudicium cum misericordia.

## Colpach Decanat. Merschen

Pastor et Synodales dicti loci comparuerunt Arluni die 31. Martij.

Klainnert Claso majerus adiuratus de reuelando conformiter iuramento suo Synodali quidquid sciret in parochia hactenus malè successisse tam quoad vitam Dni Pastoris quam parochianorum, ne ob vnius delictum tota communitas pati cogatur,

Deposuit igitur

1\. Quod Ecclesia sit valdé ruinosa, ob negligentiam decimatorum in reparatione necessaria procuranda.

2\. Item quod pastor negligens et tepidus in officio suo, nullosque assignet in Cathalogo, vbi ~~pat~~ baptizatorum nomina forent assignanda.

3\. Item rarus in habenda Catechesi.

4\. Item similiter in concionibus.

5\. Item omittat cantare Salue tpre Quadragesimæ, vnde et habeat pratum vnum.



Item sit suspicio de persona quadam nimis familiariter domum pastoralem frequentante cum scandalo vicinorum.

Schultens Petrus Synod. de Colpach.

de Catechismo vt ante.

de concione similiter, quodque pastor prætendat nobiles illubenter audire conciones.

Engels Stephan de gros Colpach Synod.

refert de sinistro rumore personæ suspectæ, quodque parochiana quædam hoc eidem in templo ipso grauiter expostularit exprobando, quid continuo in domo pastoris agendum haberet.

Item quod pastor bonis Ecclesiæ vidualibus vtatur.

Item de catechismo vt supra.

Schrobiss Dontags de ober Colpach Synod.

Quod pastor non promulget sacra hebdomadalia.

Item de concione et catechismo vt supra

Item bona vidualia attrahat cum detrimento Fabricæ

Pastor auditus, ante omnia vero barbam sylvestrem abradere iussus, qui de particulari excessu nullam se habere scientiam prætendebat, eique puncta præallegata prælecta et proposita, et quidem quædam confessus fuit, scilicet de negligentia enormi in habendis Catechismo et concione — quoad

rumorem vero incontinentiæ negat, fatendo tamen famam
sed sine sua culpa.

Ordinata

1º Decimator de necessaria reparatione provideat Ecclesiæ
infra hinc et proximam messem, aut parochiani arresto frument.
decimas, donec et quousque huic mto debité paruerit.
Advertè quod decimator sit paratus pro facienda reparatione

2do procurandus liber in quo coniugatorum et Baptizatorum
nomina conscribantur.

3º Cum pastor Joannes Schleich fateatur, quod rarius concio=
" natus fuerit, et catechizarit, nec se sufficienter purgarit se
de scandalo causato per ingressum continuum personæ suspectæ
imo fateatur, se non sustulisse scandali materiam, et sic indies
permaneat, proinde condemnatus, ut inprimis permutet
beneficium suum infra hinc et festum sti. Joannis Bapt.
proximum sub poena privationis ipso facto incurrendæ.
insuper pro emenda civili Ecclesiæ usibus applicand
solvet sex florenos aureos in auro, et per quindenam in pane
et aqua apud pp. Capucinos vescatur, et quibus supra
dictis florenis, tres assignantur patribus in Eleemosynam
mandaturque ut mox publicato decreto pareat, ac de
poenitentia peracta ac de confessione generali perscriptum
authenticum sufficienter et legitimé doceat

Decretum Arluni 31 Martij.

Dalheim



Dalheim Cap. Arlun die 3a Aprilis 7º

Schinders Nicolaus synod. refert,
quod Ecclesia sit ruinosa,
paramenta vilia, cum tamen censeat Collatores teneri ad
procurationem eorum iuxta directorium seu documentum synodale
Item milites confregerint fenestras in ea parte Ecclesiæ, ubi
reparatio earundem ad Dnum Abbatem Munsteriensem spectat,
quas tamen Dictus Dnus reparare negligit.

Meyer Willibrordus synodalis
De statu Ecclesiæ ut supra, pro ut et de paramentis seu
sacra suppellectile

Idem deponunt synodales reliqui, etiam putant Dnum pastorem
propter exorcismos nonnunquam iura exorbitantia pro qualitate
personarum recipere

Reliquas querelas seu gravamina scripto tenus produxerunt
quæ Dno pastori communicata, ad effectum desuper intra
quatriduum categoricé respondendi.

Dnus pastor conqueritur quod æditumm quem elegit, nolint
admittere, quamvis iste respondere et sacro inservire nesciat;
Cæteroquin commodé facit officium suum

Ordinatum ut Dnus pastor Antonius Feller
sit discretus in exactione iurium pro exorcismis.

Sterpenich. 3a Aprilis

Synodales conquesti quod Dnus pastor dudum non

fecerit catechesin, et alias valdè raro, eadem sit ratio
de concione.
Item nullum servet tempus in peractione divini officij.
Item duo non receperint extremam unctionem ob pastoris
absentiam.
Item quod persona quædam in domo dotis impregnata, quæ
ei inservierat.
Item nunquam comitetur parochianos versus Epternacum
nisi persoluti prius decem Schillingi.
Item dum Synodales voluere punire, dum quædam non virgo
coronam in nuptijs gestare præsumpsit in signu virgini=
tatis, qua tamen in antea violata fuerat et gravida pastor
hoc prohibuit, unde malè suspicandi ansam sumpserunt.
Item paramenta sint valde absurda.
omnia antedicta puncta sex reliqui Synodales confirmarunt.
Pastor seorsim auditus quoad ea, quæ personam eius con=
cernunt respondit putans se sat sæpè et catechizasse et
concionatum, quamvis aliquoties legitimè fuerit impeditus,
sed hæc responsio tam insufficiens non videbatur omnino
placere, proinde
Ordinatum.
1o. Ut Dnus pastor deinceps frequentius catechizet sub
poena suspensionis.
2o. per se concionetur.
3o. statutum tempus diebus Dominicis et festivis servet,
quæ ad officium divinum peragendum.



4o. ob negligentias in catechizando, concionando, et officio divino
solvet pro mulcta tres fl. aur.
5o. Monasterium Mariæ vallis suam quotam in procurandis
Ecclesiæ paramentis contribuat, reliquum Dna d'argenteau.
Adverte quod iam 47 flor. brabant. in emptionem novorum
extradiderit, aut proximè extradet Monasterium dictum
decretum ut supra.
De prædictis flor. comparatæ duæ Casulæ, et novum Missale

## Niederkerschen — 3o. Aprilis

Huius parochiæ Synodales aliud nihil conquerunt
quam de gravi negligentia Dni pastoris Nicolai
Rotarij in habenda lectione catechistica.
An vero sic taceat, ex condicto, latet; nam neque pastori
de excessu ullo constat. interim severè et sub poena
censuræ Ecclesiasticæ mandatum, ut si omnibus Dominicis
Catechizare et concionari non possit saltem alternis id præstet.

## Garnich — Decan. Arlun.

Joannes Tanchier Synodalis refert;
quod pastor raro catechizet, imo non nisi semel hoc
anno fecerit illam.
Item quatuor daleros a copulatione Matrimoniali
receperit, contra documenta Synodalia.
Item invaluisse famam de incontinentia Dni pastoris

Item Hanso Georgius Synodalis adulterium commiserit
nec voluerit se submittere pastori et synodalibus.
Mühlbach Michaell de garnich Synodalis
eadem quæ præcedens.
Jirbs Jacob Synod.
Quod pastor per totum annum non habuerit Catechismum
nisi semel priori Dominica.
Item ante annos aliquot fuerit diffamatus cum libera
postea non obstante ista famâ cohabitaverit ipsi per duos
annos, quam tamen nunc dimisisset.
Item Ecclesia patiatur evidentem ruinam cum periculo
vitæ parochianorum ad cuius reparationem tenetur
Monasterium Mariæ vallis.
Brosi Jacob Synod.
de Catechismo et concione ut supra
Item quod diffamatus cum libera fuerit, quam collocarit
postea in matrimonium, et secum in domo retinuerit cum
scandalo.
Adhucdumque perseveret, cum indies conveniant, non sine
murmure populi.
Item quod Hanso Georgius accusatus de commisso
adulterio cum ancilla sua; et
hinc Captivus abductus, et incarceratus et punitus.
Item ipsa ancilla confessa fuerit hunc esse patrem
prolis suæ.
Item quod pater Dni pastoris sibi deponenti quadam



vice in familiari Colloquio cum quadam lamentationis specie
dixerit, quam male suis prolibus consulerent parentes qui
eas in servitia Ecclesiasticorum collocarent.
Item simul sumpti Synodales referunt;
Quod pastor ancillæ suæ suspectæ cubiculum assignavit,
mater vero coacta fuerit hinc et inde miserabiliter in angulo
dormire, ita ut quadam vice in foeno dormire volens per
infortunium lapsa et post octiduum expiravit.
Item prolem huius Berthæ maiori cum affectu tractet quam
ipsiusmet sororis infantes.
D. Pastor super antecedentibus Articulis examinatus.
1º in puncto concionis et catechismi rarius habiti fatetur,
causam vero huius allegat, quod parochiani rarissime
compareant, nec de remedio noverit quo possit compellere.
2º Quoad suspectam ancillam omnino negat de facto incon-
tinentiæ, famam vero se impedire non posse.
3º Quoad matrem male habitam nihil pertinenter respondit;
prout nec de tenero affectu erga prolem nominatæ Berthæ,
sed cornuta reddidit responsa.
Ordinata.
1º Monasterium Mariæ vallensis Ecclesiæ providebit de
necessaria reparatione
Adverte dum hæc ordinatio Dnæ priorissæ insinuaretur,
respondit, se dum voluisse reparare, sed parochianos

detrectasse vecturas et operas manuales, prout alibi
in patria usus obtinet, adhibere, tegulas et alia esse
ad manum, uni pertinaciae rusticorum Ecclesiae ruinam
aperte et citra ullum dubium esse adscribendam.

2°. Pastor ad domum dotis nullatenus admittat personam
suspectam sub poena suspensionis a divinis.

3°. Cum invaluerit fama publica contra D. Pastorem, et
verisimiliter praedicatio verbi divini, aliaeque salutares
monitiones eum fructum habere non possint, qualis
caeteroquin foret sperandus, hinc iniungit supradicto Dno
pro meliori parochiae bono publico et propriae animae
salute, ut infra hinc et festum Sti Jois Baptistae
proximum permutet sub poena privationis ab officio et
beneficio decret. 3a Aprilis.

Dnus pastor decretum acceptavit promittens de parendo
eidem per omnia, prout iam tum paruit permutando cum
Dno pastore in Baudrevilter

4°. Hanso Georgius Synod. ob adulterium, deinde ob
mendacium in visitatione ac re potissimum gravi pro
positum contra iuramentum Synodale, ac tandem ob
contumaciam quod iussus ad se debite et formaliter
purgandum non comparuerit: privatus, declaratus et
incapax muneris et officii Synodalis, quem in finem
mandatur Dno pastori, et Synodalibus ut praedictum



Georgium sic privatum habeant, nec ullatenus ad
conventum S. Synodales convocent, aut ad sedem
consuetam admittant.

## Kuntzigh — — 4a Aprilis

Synodales simul et sigillatim sumpti, et auditi
referunt, parochiam administrari bene, nec scire
de ulla actione scandalosa; si quid vero delicti
occurrat se una cum Dno pastore sine ulteriori

tergiversatione puniæ mulcta quidem valdè mediocri in re-
cognitionem quod delinquentes agnoscant se ecclesiæ subditos.

Cæteroquin deflendum est, quod Magistratus politicus etiam in negotijs merè et simpliciter spiritualibus contra immunitatem Ecclesiasticam se se intrudat violenter indicando populum alienum; optandum foret multos legisse canones et intellexisse.

## Körigh — 4a Aprilis

Pastor et Synodales citati die 4a Aprilis comparuerunt Arluni ad effectum producendi et referendi, si quid correctione indigeret.

Primo quidem auditi synodales.

Spirr Miger de Körigh synodalis interrogatus super vita et moribus Dni pastoris refert,

1o quod Pastor Joannes Rindtgen sæpè omittat Catechesin

Item invaluerit fortiter turpis fama de eius incontinentia; adeò quod aliquando per Synodalem specialiter deputatum desuper fuerit monitus ad vitandu scandalu et tollendos discursus in vicinia circumquaque volitantes

Ancilla impraegnata fuit, pastor quidem in alium culpam detorquere conatus, sed in vanum, nam ille à iudice declaratus innocens, et absolutus.



Item frequentet ædes suspectas, ubi continuæ sunt dissensiones, unde scandalum non leve parochianis subnascit.

Nicolaus Frimmatzen de Gitzingen Synod: Meyers Caspar, Brugs Johan, Koch Johan Synodales eadem confirmant, quæ primus deposuit.

Persona vero de qua rumor, vocatur Catharina, nunc maritata quæ etiamnum in pago moratur, et passim asseverat se a pastore violatam, sæpissimeque instibit pro consequenda prolis alimentatione, quæ etiamnum vivit, in ipsoque pago mendicat, patremque visu, vultu et linea mentis omnium sermone refert.

Dnus pastor sup præmissis auditus fatetur suam culpam se submittendo, expectans iudicium cum misericordia: ac proinde decret.

Decretum

1o pastor sub poena privationis a beneficio vitet domum suspectam, personam ac nominatim tabernas.

2o faciat confessionem generalem apud prudentem et discretum confessarium; et per octo dies in pane et aqua poenitentiam apud pp. Carmelitas Arlunenses, de quibus sic peractis per Dnum Decanum Arlun. Authenticum testimonium transmittat a p. priore subscriptum.

3o Pro expiatione horum excessuum solvet 50 daleros Luxemb. videlicet in sustentationem prolis ante hac debitam viginti quinque daleros intra quindenam numerandos præfato Dno Decano, qui prævia promissione et stipulatione coram officiato loci, quod puella per annos aliquot extra pagum in familitium se se velit collocare, donec scandalosi criminis

memoria tantisper aboleatur, eidem dictos 25 daleros numerabit: Reliquos vero 25 daleros pro expensis visitationis applicandos, serioque iniungit sub poena privationis ipso facto incurrenda, ut imposterum ab enormi incontinentiæ scandalosæ excessu temperet, omnemque occasionem dandæ suspicionis omnimodè fugiat: ut spiritualis ruina vitæ novæ et exemplaris ostensione reparet, ut sic quod destruxit, reædificet.

Adverte quod paruerit decreto, quamvis filia naturalis maluerit supradictis 25 daleris carere, quam pago excedere.

## Herberdingen

Honorabilis Dnus Joannes Seyler pastor officio suo satisfacit, ut proinde nihil querelarum contra ipsum productum fuerit a Synodalibus.

Conqueruntur vero quod Abbatissa in [illegible] decimatrix negligat reparare navem Ecclesiæ, quæ ruinam gravem minatur.

Iniunctum est per formale decretum dictæ Dnæ ut necessariam reparationem faciat, sub poena interdicti, aliarumque censurarum prout dictum decretum latius sonat.



## Meisletighe — 4.° Aprilis

Henry Antoine de Meisl. synod.

1.° Quod pastor rarò concionetur.

2.° ferè nunquam catechizet.

3.° Ancilla pastoris sit scandalosa, in verbis, et suis actionibus. Dominatur in domo, est levis etc.

4.° Pastor cum parentibus malè convenit, sed frequenter rixatur. soleat choreas ducere in conviviis.

Francois Massoral synod. refert quod pastor ante 4 vel 5 annos malè famatus cum coniugata quadam fuerit.

De concione et Catechismo ut supra.

prout et de reliquis.

Pastor auditus super præmissis negat de choreis et — Dominatu ancillæ; verum cum non modo synodales, sed etiam externi impartiales desuper inquisiti fuerint, ijque affirmarint. hinc hæc negatio omni ex parte locum non reperit, ac proinde

Ordinatum.

1.° pastor ancillam intra octiduum dimittat sub poena privationis beneficij, deque hoc coram Rev.mo Dno Epo legitimè doceat intra decennium.

2.° per mensem interpolatis tamen hebdomadibus iuxta ordinationem Dni Decani apud P.P. Carmelitas Arlunenses

poenitentiam agat in pane et aqua, una cum confessione generali.

3° pro mulcta 6 flor. aureos, quorum tres dicto conventui in eleemosynam cedant, alij tres ad usus visitationis impendendi sc. pro libris quibusdam distribuendis pro communi bono & solatio parochianorum.

## Eß auff der Hürdt in Lotharingia

Iterum

Pastor et Synodales dicti loci personaliter Arluni comparuerunt et primo quidem sigillatim;

Synodales auditi.

Johannes Matthis Maierus refert

Corpus Ecclesiae ruinosum esse.

Dnus pastor male audit cum ancilla sua; quae jam dicitur gravida, excessit ex aedibus eius, nescitur quo.

Matthis Claus quod pastor raro Catechizet

Item aquam lustralem non benedicat diebus dnicis ut moris est.

Item aedituatum sat pinguem ipse administret pastor unde nec habet ludimagistrum.

Item medicinam exerceat nullo personarum discrimine habito

Jacob Thies de Ess synod.

Quod concio rarior: ut supra

De Catechismo et ancilla et aqua lustrali speciales Articuli



1° Quod pastor Joannes Talspot dederit Scedam superstitiosam contra ictus gladij etc.

Hanc scedam vidit D. Franciscus Huguenin presbyter Trusij manu pastoris sibi nota conscriptum, idq3 deponit sub verbo sacerdotis etiam iuramento affirmare et confirmare opus.

erant autem in sceda haec formalia.

Spitz pulver und bley, schutz ferrij, unverwundt Der der Jesu christ in seinen wunden rufft, Terpallius Tij, Ritus pik Denos dat phenemon

Item deponens refert, quod eo tpre, quo Lotharingiae Dux per Gallos pulsus, pastor rusticis dixerit, nihil timete, dabo vobis aliquid, ut sitis tam duri et impenetrabiles ac ferrum: illud tantum ab alijs audivit deponens, interim tamen audivit ancillam pastoris dicentem praesente ipsomet pastore, si bello sit nolite timere, pastor noster faciet vos impenetrabiles ille vero ut videretur velle aegre ferre, simulavit verberare ancillam; interfuit huic discursui Synodalis quidam, qui ob dictam veritatem praesentavit ancillae potum saccaro dulcificatum.

2° Ancilla sit famosa et frontis meretriciae

3° Famula mille convitia et iniurias in pastorem effrons evomuit, imo verba qualibet scurrilia et iniuriosa prout in buccam veniret, idq3 multoties v.g. tu meretricie pastor, et diabolus te auferat, haec et similia servitutis praeclara argumenta

4° haec pastor audit, tacet, nec contradicit nisi specie tenus

5º impudicos discursus cum ancilla prosequitur.

6º de medicina ordinata nummos copiosos requirit.

7º Ancilla debet per cubiculum pastoris ad suum ire.

8º Item docuerit malefica, seu incantationes ad reddendum invisibilem, quodque etiam Xtus sese invisibilem reddiderit, dum judaei tentarunt lapidare, addendo haec verba: conserva te et ego te conservabo

9º Sacra Suppellex prorsus abiecta.

Purificatoria absurda et mucida.

Ciborium sine Corporali in sacrario non clauso steterit cum magno dedecore.

Nihil minus curae est, quam nitor Ecclesiae et paramentorum

Item nescitur unde habeat artem medendi vel scientiam Pastor, ac proinde iuste timendum, nedum medela quaerit mors procuretur, vel quod morbi genus non intelligat, aut ei occurrere medijs proportionalis ignoret.

Imprimis ad ea quae synodales deposuere.

Fatetur catechismum et concionem quandoque intermissas caeteroquin respondendo.

ad 1m Articulum absolute negat ullam scedam ullo unquam tempore a se datam, quamvis ille cui dederat, nobilis, in faciem et barbam sub iuramento affirmarit, deque ea a se visa testatus fuerit personaliter praesens

• Dnus Huguenin sibi, tamque horrendis execrationibus protestabatur, ut Revmus Dnus ad hominis temeritatem stuperet mirum perplexus cernens utpote hinc Sacerdotem cum nobili asserentem sub iuramento; et inde pastorem reum negantem itidem cum iuramento. Quid periculosius? Quid certius? quam periurium ab alterutra parte committi.

ad 2m ignorat ut pote facti alieni.

ad 3m quandoque factum fatetur, et ideo se eam dimisisse.

4to satisfit per priorem responsionem.

ad 5m de nullis scit discursibus impudicis.

ad 6m fatetur se medicinas dedisse pauperibus, et quidem gratis, et inde se saepius importunari.

ad 7m fatetur, sed dispositionem domus ita esse

ad 8m negat absolute, nisi forte ioci causa, sed se nullatenus recordari ait.

ad 9m media fabricae esse tenuia, ac proinde Suppellectilem procurari non posse, eam vero, quam habet, sat mundam existimat. Quoad Ciborium vero ait fors semel et casu factum, alias Sacrarium clausum teneri.

Varia ex post de novo et turpia et scandalosa de modo agendi, et vita pastoris producta a diversis, tempus vero omnia et singula annotandi, testes citandi, ac alia agendi quae necessaria, et opportuna ad similem effectum vix diuturniorem moram patiebatur, pro nunc igitur de supra allegatis ~~supra~~ curae erat.

4 In causa morum correctoria Honorabilis Dni Joannis
6 Talpott pastoris in Esch auff der Hurtt in Lotharingia
7 ob nouos varios, eosq3 graues supra specificatos excessus
8 sacerdotali charactere indignos coram nobis in visitatione
grali Arluni summariè introducta considerata publica
fama, tum visis scriptis, ad nouam quorundam parochianorum
instandiam querelis, tum auditis diversorū testiū dictis et
9 depositionibus, eiusdem responsionibus et confrontatione
testium aliquorum alysq3 de iure considerandis consideratis
suspendimus illum ab officio et beneficio per hoc nostrum
decretum, donec se super obiectis criminibus maximè
superstitiosis et diabolicis artibus canonicè purgauerit
committentes Rdo Dnō Decano Arlunensi, ut interea
temporis de capaci persona a nobis approbata prouideat,
quæ parochiam administret. Quinetiam prædicto reo
iniungentes ut propter alios defectus satis probatos, et confes-
satos agat poenitentiam in pane et aqua apud PP. Carmelitas
per octiduum, faciatq3 durante illo tpre confessionem gralem,
ac de ea sibi facta testimonium exhibebit in scriptis et dictis
ad patribus dabit in Eleemosynam tres flor. aur. in auro
Decret. Arluni die ut supra
Præsens decretum in præsentia Dni Lothary Filtz publi-
catum, Honorabilis Dnus Talpott de canonica purgatione
de ~~canonica purgatione~~ facienda promisit, et quoad alterum
de poenitentia se submisit.
F Philippi Reulandt pastoris in Woltkringen

Aduerte



Aduerte quod de poenitentia peracta doverit feria 4ta
post pascha in puncto tn iniunctæ purgationis Canonicæ,
hactenus nihil executum, licet notorium sit:
Quod supradictus Dnus Talpott non obstante suspensione
perrexerit diuina officia peragere, et sacramenta administrare :
sanè si quis Ecclesiam Dei non audierit, sit tqm Ethnicus et
publicanus, et velut membrum putridum amputandum; ne et alia
sana inficiat.
Ulterius nouo decreto mandatum prædicto Dnō, ut sub poena
priuationis ab officio et beneficio incurrendæ ipso facto absti-
neat ab exercitio medicinæ, ut pote clericis † SS Canones
prohibito. decret. Arluni ut supra.
Notandum quod supradictus Talpott coram R. D. Decano Arlun.
uelut commissario deputato aliqualem purgationem fecerit;
sed ob defectum certarum qualitatū non omnimodè admissum
fuisse; interea vero suspensionem sublatam.

## Attert Decanatus Merschensis

Synodales deposuerunt querelas suas coram Revmo et Illmo
Dnō Epō et visitatore ArchiEpali.

Nicolaus Frimmertz Synod. quod
1° desint fenestræ duæ negligentia D. Collatricis sc. Abbatissæ
in Bardenborn
2° pastor non catechizat, quia imperitus linguæ, ac proinde
nunquam concionatus, nisi subinde sacellanus aut PP. Terminary.
Crichner Claso Synod.
Ludimagister tametsi largè fundatus, qui et æditus, suscepit

e

ministerium Sacellani simul, unde non potest satisfacere
Scholæ sine querela, et quia insuper linguæ germanicæ
scribendæ imperitus, petitur ut Ludimagister officio suo totus
vacet.

Colff Johan de post Synod.
idem quod præcedentes.

Muller Theis de Bräundtlingen.

Clariss Johan.

Jacquell Sontags de Tondtlingen.

Theisen Claes.

probss. Huptal, reliquique Synodales inhærent ijs quæ supra
producta, et ab externis in vicinia promiscuè confirmata.

Pastor super præcedentibus examinatus, quoad linguæ imperitiam fateri debuit concionum et Catechismi defectum; interim
tamen se ab alijs curasse, quod quidem fieri non potuit omni et
quouis Dominico, sed certis tantum anni temporibus, quibus pp.
Terminarij exeunt.

Quoad Sacellanum vero nimis clarum est, hisce simul et semel
satisfacere non posse, cum aliquando sacra extra parochialem
legenda, aut sacramenta administranda in pagis externis.

Ordinatum.

1º Quia pastor linguæ imperitus Germanicæ, proinde nunquam
per se concionatus fuit, nec catechizauit, ut intra tres
septimanas Sacellanum germanum admittat, aut saltem infra festum
Sti Jois Baptistæ ad summum permutet, vel sub pensione



annua resignet.

2º pro ulteriori negligentiarum expiatione mulctatus ad 3 flor. aur.
dictus Dnus Wilhelmus de Corneront

Notandum esse datum Terminum trium mensium, melius sibi de
persona prouideat.

# Chastillon

Pierre peterman Synod.

1º Quod chorus minetur ruinam, et maximè ubi asseruatur ven: sacr.

2º Dni Nobiles non frequentant Ecclesiam parochialem, nisi
rarissimè, et ne quidem diebus solennissimis, idque si contingat,
sero veniunt, et cum risu et scandalo.

Francois gerardt, synodalis non est sed Mamburnus de
choro ut supra.

idem de nobilibus, ac præterea in festo Sti petri ad vincula
non obstante expressa prohibitione Dni pastoris laborarunt.

Item alter nobilis de St. beausaint eundem Dnum pastorem
in egressu templi post sacrum in Coemiterio coram multis
vocauit contumeliose senem stultum.

Francois garand de Chastillon æditus.
de choro ut supra.

Item nobiles aliquoties minati Dno pastori verbera prout
et de contumeliosa appellatione in Coemiterio facta.

Item nobiles alias pastorem evocatum in Castrum, ut
exciperet confessionem filiae decumbentis, contumeliosè
exceperunt, minati injicere in ignem, nisi illum evocassent
media nocte. pudenda res ita Sacerdotum in vilipendium trahi
a laico et Catholicum praeferente parum memore illius Sti
Dyonisij effati, qui Sacerdotem dicit, Augustissimum divinumque
insinuat virum, quem teste S. August. venerat quam plurimum
ipsa angelica Celsitudo.

Rdus Dnus Joannes d'Anly pastor de Chastillon

Respondit inprimis scripto tenus ad ea, qua contra se moverant
supra dicti nobiles, satisque pertinenter enervavit. Quoad reliqua

Fatetur periculum ruinae chori; ait vero eius reparationem
sibi non incumbere, paratum tamen ad istam faciendam quantum
tenuitas parochialium redituum patitur.

Conqueritur quod nobiles recusent minores decimas de porcellis et
ad quas tamen tenentur, uti ante hac solverunt.

Item recusent concurrere ad stipendium aeditui, cum tamen non
sint Collatores, et ad hoc antecessor eorum a Revmo Dno
ottone sit condemnatus.

Ordinatum.

Ut nobiles suam exemptionem tam quoad pendendas decimas
minores, quam quoad contributionem pro salario aeditui
sufficienter, legitimè, et pertinenter intra duas quindenas
doceant, alias videndum censuris Ecclesiasticis alijsque iuris
remedijs compellendos fore et esse; neque enim nobili cuiquam



competit ius infringendi, antiquissimos parochiarum proventus
propria authoritate diminuendi, sibique attribuendi, sanè
patrimonium christi in alios impendi usus requirit.

## Freylingen

Hentgs Claso Synod.

Quod pastor rarò catechizet.

Schmidts Johan de Mertert Synod.

Quod pastor contumeliosè aliquandò agat cum parochianis.

Item tres vel quatuor puerperas noluerit introducere viz bene.

Item ante annos aliquot in parochiali noluerit parochianis
Sacrum legere, ijs vero absentibus legerit.

Simon Nilas Syn. et Vonlaggs Hartert quod quidam
parochiani maximè tamen galli rarius parochialem frequentent.

Item postremus refert se coactum fuisse dare pastori ob copulationem matrimonialem praeter carnes etc 2½ Imperiales.

Item quod vix convenire possit cum suis ob animos utrimque
aliquantum exacerbatos.

Schittigs peter de Freylingen parochianus
conqueritur quod pastor se se iniuriaverit dum eum accessisset
pro conferendo proli sibi natae Baptismo.

Item dum educenda uxor, noluit eam ad fores templi tempore
hyemis subsistentem benedicere, nisi aut pro iuribus gallinaceis

daret, aut octo stuph. repudiato schillingo, quem vero dicta
praesentarat.
Item de exequys habendis a suppliante petiuerit octo Impls
quos et soluerit.
Item stans pastor in cathedra pro concione, eundem supplicantem
confudit, et appellauit hisce formalibus. surge, et vos caeteri
videte hominem, qui vinum saccarizatum bibit, et spiritum vidit.
Item pastor expulit quadam vice ancillas suas, eas compellando
o vos meretrices, cui respondere, et quidem essemus tales, si tuae
voluntati et placito paruissemus.

Honorabilis Dnus Nicolaus Neuheuser pastor auditus
grauiter conqueritur de pertinacia suorum, et rebellione si quid
agendum omittendumve praecipiat.

Ad 1mum omitti aliquando Catechismum inde, quod parochiani
negligentes in comparendo.

Ad 2dm negat, quamvis hoc sat clarum et patuerit ex ys, quae
contra ipsum Treueris in causa fiscali mota sunt.

Ad 3m fatetur; sed pro omnibus suis competentys simul sumptis
tantum recepisse.

Quoad illud de animis vtrimqz paulisper exacerbatis, fatetur,
et hinc ait, se velle videre de permutatione facienda vt
habeat pacem.

Ad querelas schwaichs [illegible] respondet se iam tum Treueris
super quibusdam mulctatum exstitere, ac proinde non duplici
poena afficiendus ob vnum idemqz delictum.

Ordinatum 

Cum Dnus pastor ipsemet fateatur quietem se malle, quam
continuo in tantis rixis viuere ob vnius alteriusve maleuoli
sibiqz capitaliter infensi conspirationes, ipsa etiam vtriusqz
partis sub. propria et parochianorum salus revera exigant
translationem ipsius, fructus enim vix vllus, rebus, et animis
sic stantibus sperari hinc possit; idcirco iniunctum eidem
Dno Nicolao Neuheuser, vt infra hinc, et festum Sti
Jois Baptistae cum alio beneficiato permutet. Decret. Arluni
Anno, Mense, et die quibus supra
Item contentus erit salario de officio in Höisslingen et Metzent etc
vt praedecessores.

Aduertendum quod ex causis Revmus Dnus Epus
in principio mensis July mandatum Confluentia rez
miserit cum prorogatione termini ad mensem intra quem
nisi paruerit eidem, ipso facto sit priuatus, et Collatrici
plenum ius conferendi de nouo concessum.
Item 18 sept. ob deuastationem patriae, vlteriores induciae
concessae.

## Wolkringen

Synodales huius parochiae zelum Dni sui pastoris
Philippi Reulandt plurimum commendant, primus sit
annus quo eam possideat.
Neqz etiam pastor de excessu quodam interea commisso
scit interim petit.

1° reparari domum dotis omnino ruinosam, prout ocularis inspectio per Rem mum facta sufficienter probauit.

2° Henrich Krum de birsingen decimam foeni in certa quadra parte detrectat.

Ordinata

1° Cum abunde apparuerit Ecclesiam in pago Wolkringen existentem prudenti consilio, et pro omnium parochianorum parochiæ Creutz ob nimiam matricis Ecclesiæ distantiam, ad communes usus et commoditatem, ut nimirum ad manum diu noctuque habeantur SS. Sacramenta, incommoda anni tempestate, parochiale officium ibidem celebrari possit; olim communibus sumptibus exstructam, sartam, tectam, seruatam, et nuper post incendium de nouo reparatam: declaramus præfatam Ecclesiam in Wolkringen, non nisi pro capella habendam; ob rationes diuersas, et motiua congrua tamen; priuilegio parochialis Ecclesiæ eatenus gaudere posse et debere, ut omnes parochiani etiam in vrbibus existentes ad memoratæ Ecclesiæ seu Capellæ in Wolkringen pro communi solatio ac subsidio spirituali vnanimi consensu readificatione etiam communi omnium sumptu, ac labore concurrant, eamque eum in statum, qui domum dei decet, constituant. nolumus tamen hoc nostro decreto iuri incolarum in vrbibus derogatum, si quod se habere putarint in contrarium, dummodo et postquam illud probauerint.

2° Mandatur parochianis in Creutz, ut ædes parochiales in Creutz absque ulteriori tergiuersatione in debitum statum restituant, |





vel certe cum Dno pastore infra quindenam desuper conueniant aut heredes defuncti compellant, si contra eos quid iuris habere existimauerint.

3° mandatur itidem Henrico Krum de Birsingen, ut pastori in Creutz decimam foeni de prato gst. soluere deinceps pergat eo modo, quo hactenus in usu fuit; idque sub poenis iuris contra violatores decimarum constitutis, et alijs, si opus fuerit, authe Archiepali contra eum decernendis.

# Orgeum

Pastor seu Vicarius perpetuus Joannes de Ria, synodales pariter, citati Arluni comparuerunt et quidem hi primo auditi, et adiurati referunt:

1° Pierre le grand synod.
pastor raro catechizat.

2° potat subinde et tum rixatur

Francois Marlet
De catechismo ut supra.

3° Item ancillæ Dni pastoris fuerint impregnatæ, credit quod ab ipso pastore.

Henry le Clerc

4 Quod pastor facile iuret cum scandalo.
de Ancillis ut supra.

Engelbert Messin mamburnus B.M.V. et Jacque Hustin de St Medard de catechismo et ancilla ut supra.

Sequentia deponit Jacobus gobert scriba in Orgeo
1o Quod pastor in Orgeo in praesentia Justitiariorum ultra vigesies iuravit vg: mort dieu.
2o haereticum permiserit per sex septimanas in pago.
3o audivisse se a Synodalo referri, qui viderit pastorem bibentem ad plenam usq; diem, et post tamen celebrasse
4o Item pastor collocavit Bertham suam in wisenbach cum prole, cum promissione de subministrandis necessarys, idq; deponens intellexit a patrino istius prolis.
5to Dicta Bertha domum frequentat saepius, et aliquando de nocte frequentavit onerata vino, hancq; sic incedentem vidit deponens.
6to Conciones ipsius nullum adferunt fructum, cum vita publicè et notoriè scandalosa destruat, quod verbis aedificare conatur: nihil enim iuvat Cathedra templi sublimior, si conscientia sacerdotis reperiat humilior, et vita deformior
7o Copulavit duas personas sine proclamationibus, quamvis praeviè monitus, ut abstineret, teneretq; in suspenso, esse impedimentum quoddam, quo minus nunc ad copulationem sacram procedendum sit.
has depositiones subscripsit supra dictus Jacobus gobert scriba in orgeo.

Denunciation
faite ce jourdhuy 22me feub. 1677 au Procureur General du Roy a Luxembourg ꝑont



1o Sire Jean de Ria Curé de d'Orgeo en la province de Luxembourg et Diocese de treves at passé quinze mois procreé deux enfants d'une portée a sa seruante nommée francoise natifue de l'Eglise en la terre de Neufchasteau, et y residente presentement chez son pere vulgerement appellé Jean le blanc chez qui elle est aussy accouchée ayant declaré a la sage femme et au Curé du lieux que s'estoit des oeures du dit Jean de Ria
2 la dite francoise at eu deux soeurs, qui ont chacune espousée un frere du dit sire Jean de Ria, qui ont eu placé leur dite belle soeur chez leur frere a fin qu'elle seroit tant mieux eslevée dans le domaine chrestien et hors des dangers d'estre seduite, le dit Jean de Ria at depuis encor procreé a une sienne seruante natifue de Nassoingne une enfant, dont elle est accouchée au village de Wisenbach en la preuosté d'Arlon des oeures du dit Jean de Ria, comme elle at declarée nayt et au baptesme passé trois mois lors qu'elle accoucha
3 Le dit Jean de Ria at repris la mesme seruante depuis six semains en son seruice, et il est apparant qu'il s'en sert comme d'auparauant
4 auant d'obtenir la cure d'orgeo il at esté chaplain au pays de stablo, d'où il at esté chassé pour sa

lubricité et pour auoir engrossé vne fille
5 On prouerat qu'en sollicitant ses seruantes et filles de
sa paroisse, il leurs dit la fornication n'estre peché mor-
" telle et qu'ils le deuroient croire, puisqz si c'estoit peché
il ne se voudroit auec leur Curé induire à le commet-
tre auec luy
"
6 Il est grandissime Ivroigne et scandaleux estant en-
tièrement addoné à la boisson, dans laquelle il continue
des nuicts entiers jusq au jour, et le mesme jour il ne
fait difficulté de dire la Messe
7 Il est grand joueur et blaspbemateur estant accous-
" tumé au moindre emportement et dans ses Ivroigne-
" ries de jurer la mort, le sang de Djeu avec grand —
scandal.
Si Mr le suffragant fait la visite, il ne faut que ouir
les gens de Justice et particulierement le greffier d'
Orgeo, il en rendra tesmoignage et diront tous les
tesmoings qui preueront tout ce que dessus
Les Collateurs de la cure sont Mes.rs les Jesuites de
Luxembourg, voila vn beau subject, qu'ils ont avancé
à cette cure qui est recommendable.
Depositio testium
Israël d'auby interrogatus sup 6. art. refert sibi retu-
lisse duos tabellarios juratos, qd in vigilia paschatis pas-
" tor ebrius fuerit eumqz viderint et jurantem audierint
Chenot Colny d'Orgeo interrogatus deponit sup eodem art.


Quod pastor Joannes de Ria cum quibusdam scil Capellano
et patre vno ex Hanipret in vigilia paschatis ita biberit
vesperi et cum strepitu quidem, alteroqz post die pater discesserit
absqz eo quod sacrum legeret, et concionaret, vnde suspicio orta
de rixis forsan inter eos natis sub potatione
Item pastor deponentis vxorem incusauit infascinationis, et
intoxicationis ancillæ, quæ iam grauida exstiterat ad palli-
andam suam incontinentiam, vtqz liberius vti posset medicamentis
ad procurandum abortum, quod ipsamet ancilla ex post, dum
vidit in vanum adhiberi media, et Reu.mum Dnum Epm
approperare, coram greffario fassa est. erat subscriptum
propria deponentis manu Chenot Colnij
Ad Articulos denunciationis Dnus Joannes de Ria Respdt
modo subsequenti.
Ad 1.m fatetur.
Ad 2dum fatetur.
Ad 3tium fatetur illam quidem redysse ad suas ædes, et inde
expulsam a se post triduum.
Ad 4tum negat.
Ad 5tum itidem.
Ad 6tum negat.
Ad 7timu negat consuetudinem, quamuis nonnunquam factum
ex motu aliquo inordinato.
Aduertendu plura ex præallegatis, atqz reo negatis sufficienter
probatu fuisse, sed quia fatebatur excessus carnis nec

factum utpote notorium celari posset, hinc examinata omnia decretumque exceptum ut sequitur.

In Causa morum Correctionis honorabilis Dni Jois de Ria pastoris de Orgeo, in visitatione Grali Dioecesis Trevirensis, coram nobis summarie introducta, visa informatione extrajudiciali auditis Synodalibus et alijs, praefati parochi propria confessione, consideratis etiam fama publica, scandalo gravissimo, alijsque de iure considerandis consideratis per hoc nostrum Decretum mandamus: ut reus denunciatus confessus et convictus infra duos menses a publicatione huius computandos parochiam suam in Orgeo cum alio permutet declarantes quod si eo termino elapso non permutaverit, quod ex nunc pro tunc ipsa parochia de facto vacet, et collatori ius de alio providendi datum sit.

Insuper, pro ulteriori commissorum excessuum expiatione iniungentes, ut in Hamipret apud PP. per octiduum in pane et aqua una cum confessione Grali poenitentiam peragat, nec non pro emenda Civili in usus pios applicanda quindecim fl. aur. intra triduum numerandos.

Decret. in aurea valle die 7. Aprilis 1677.

Publicatum eodem die et loco praesentibus RR.DD.



Jacobo de Fineuse pastore in Ebly, et Nicolao de Marche Sacellano in Stremont testibus.

Sacellanus in Stremont hic nominatus ab dicto pastore dependeat, nec sine eius licentia ullis pastoralibus functionibus sese immisceat, fuitque his conformiter dicto Sacellano data facultas et iurisdictio non aliter nec alias.

Adverte quod pastor non paruerit decreto infra terminum, ac alteri a pp. Societ. Jesu Collegij Luxemb. de ea provisum.

## Dienburgh.

Pastor et Synodales citati comparuerunt 4. Ap. Art.

Junguns Johan Synod.

deficit Catechismus excepta quadragesima.

Johan Meinerts hauser.

deficiunt ornamenta, et vestes sacerdotales, quas decimatores debent, deque die in diem differunt.

Dnus pastor linguae germanicae parum peritus, Catechismum, Salve et caetera ad pietatem cultumque divinum spectantia omittit.

Item Dandus sacerdos coadiutor.

reliqui Synodales de ornamentis, Catechismo et officio divino ut supra.

R. D. pastor super praemissis auditus,

Quo ad paramenta, abiectissima esse asseverat ex culpa,
ut credit decimatorum.
ad reliqua de Catechismo fatetur
Quamvis de caetero se satisfacere existimet

Ordinatur

1o Decimatori insinuet de novo Mdtm Rev.mi ut de paramentis intra duos menses provideat, aut causas quare de iure se non teneri existimet, infra octiduum ab hac tima insinuatione producat.

2o pastor sub poena privationis et cassationis convincetur et Catechizet alternis saltem Dominicis,

3 ob omissionem et negligentiam in functionibus suis solvet pro mulcta duos flor. aureos in auro. Decret. Arluni.

4 conveniet cum incolis in Lissfort ratione Sacri hebdomadary, et stipendio, quod nec Capellanum nimium gravet, nec aedificationi populi contrarietur; pro officio autem dedicationis ibidem sex Schillingos praeter stipendium sacri, quod pro defunctis postridie legere solet

## Anliers

Synodales 4ta Aprilis conquesti, quod pastor rarissime Catechismum habeat:
Concio vero frequentissime et maxima ex parte fiat per Terminarios:



Idem pastor conqueritur de Bertha quadam intra parochiae suae limites morante et famosa, optaret eam cassari

Ordinatum

1o ut pastor alternis saltem Dominicis Catechizet et concionetur

2o per se functiones suas pastorales faciat, aut sin minus possit, de idoneo erit providendum:

3o Bertham male famatam, si in quo eam deprehendere possit aut convincere, deferat Justitiario primum loci, deinde ad alios superiores si necessum iudicaverit.

4o Qui si desint officio suo, ipse pastor curet moneri eam per Synodales, et si se non emendet, illam prius iterum monitam privet communione paschali.

## Elcherodt

Ex Classo Synod.

1o Navis Ecclesiae multum ruinosa, ad cuius reparationem tenetur Dna Abbatissa in Burtenburgh, et saepius fuit desuper requisita, huiusque tamen distulit.

2o Pastor rarius concionatur, nec bene quidem cum concionari contingit, intelligi potest defectu linguae germanicae.

3o Eadem ratio de Catechismo, qui nullatenus habetur nisi in Quadragesima

4º vidua quadam cum scandalo frequentet domum pastoralem.
5º Pastor aliqualiter suspectus de incontinentia.
6º potui deditus utcunque, et potus rixatur facile.
7º Conjugatam opilionis in Heinsler pago, multis promissis sollicitavit, eaque apud deponentem conquesta est id factum aliquoties in potu.
aliaque varia idem conquesta.
Wilhelmus Massere synod.
de navi Ecclesiae ruinosa ut supra.
It de concione ut supra.
pariter de catechismo.
It de vidua ut supra.
It de potu.
8º Item nimis facilis in danda venia ad laborandum diebus Dominicis et festivis.
Joannes Taueler synod.
9º Quod pastor pabulari sinat sua pecora in Coemiterio,
Quoad Catechesin concionem ut supra
pastor in potu excedat in suis discursibus non usque adeo sacerdotem referentibus.
It. de vidua ut supra.
Petrus Lutsch synod.
de concione et Catechismo ut supra addendo, etiamsi pastor quandoque per quadragesimam habeat, non habere agendi modum,

nec intelligibiliter loqui.
Item de vidua ut supra.



Honorabilis Dnus pastor respondet.
Quod illa, quae de concione et catechismo allata, non diffiteri possit ex omni parte.
Item vidua iam a 4 annis non intraverit aedes dotis, proles vero eiusdem curet accersiri pro laborando cum sint pauperes.
Ad 5tum negat.
Ad 6tum se nescire de particulari quodam excessu commisso.
Ad 7timum negat.
Ad 8tuum nescit.
Ad 9num non sua sed ancillae culpa accidisse, sit factum semel atque iterum.

Ordinatur
1º Alternis saltem Dominicis Pastor concionet et Catechizet per se vel per alium, sub poena amotionis vel permutationis faciendae.
2º Pastor consortia periculosa, et scandalosa, ac suspecta ut pestem vitet, ne dum alys praedicaverit ipse reprobus fiat.
3º ob negligentias commissas in docendo populum suum et data suis scandala solvet pro mulcta tres fl. aur. prompte solvendos.
4. Cum immunitas quam praetendunt synodales super oneribus quibusdam communibus, nullo iure fundata appareat eaque in detrimentum caeterorum parochianorum, et pauperum vergat.

declaratur eam nullo modo admitti, nam eam hactenus sufficienter non probarunt sibi competere.

5 Committimus R. D. Decano Arlunensi, ut assistentibus sibi Dno pastore in Elkerodt et duobus synodalibus ad hoc assumendis pro hac vice excipiat rōes omnium Eleemosynarum in subsidium Capellæ hic hactenus collectarum ab Schun Clauss, et pro futuro maturè consideratis considerandis statuat, quomodo ista Capella ad maius divini cultus in dicta Capella incrementum et ædificationem ac minimo Ecclesiæ parochialis iuriumque pastoralium detrimento administrari possit ac debeat. in casu autem occurrentis desuper cuiuspiam difficultatis ad nos pro ulteriori decisione recurrat.

## Selingen

Mangold Johan Synod. adiuratus
Desunt fenestræ in templo negligentia Collatoris, seu potius quâ decimatoris.
Item pastor in festo Stæ Odiliæ recipit totum offertorium.
Schmidt Johan synod. eadem fenestræ ut supra.
Pastor recusat comitari supplicationem seu peregrinationem versus Hamm prt salario medij Imperialis, quo tamen eius antecessores fuère contenti.
Mertz Johan, Müller Peter, Ponce Euerhard Synod. ea quæ supra.

Cum vero alia specialiora subticuerint forsan subornati, hinc aliundè quæsita informatio ut sequitur



## Denunciatio contra Dnum pastorem in Sehlingen exhibita

1. le iour de la purification de nostre Dame de l'an 1676 il n'at dit la messe a raison de son absence sans avoir establis autre pour faire le service, de sorte que tous les parochiens n'ont entendue la messe

2. Dominica passionis 1676, dum Luxemburgum iuisset ad levandum ex Baptismatis fonte infantem, similiter neglexit munus parochiale, ut tota proinde parochia præcepto Ecclesiæ de audienda Missa satisfacere non potuerit.

3. Postridie festum SS Corporis Christi discessit Arlunum, nec infra octavam rediit, ac proinde benedictionem solitam impartiri omisit.

4. Ante duos circiter annos negavit vel detrectavit bis Baptizare infantem, qui fuit mortuus sine Baptismo.

5. rarissimè concionatur.

6. similiter rarissimè cantat dominicis diebus et festivis vesperas.

7. pro ut etiam de Catechismo.

8. multoties abest a parochia pluribus diebus et noctibus.

9. reperitur sæpè ebrius.

10. et tunc Blasphemat et iurat.

11. nimis familiaris cum foemineo Sexu cum scandalo.

12. particulatim cum ancilla quam ante breue tempus dimisit, ea vero sepius revertit, ob decemne aliquando diebus ibidem morari solet, cui pastor etiam providet de necessarys.

13. verberavit plures personas inter illos Nicolas le gouverneur et quidem ipso dominico die ante tres circiter menses et quanta cum vehementia factum, promum est ex eo colligere quod grassum baculum percutiendo fregerit.

14. vendidit magnam quantitatem lignorum ad parochialia iudualia spectantium in praeiudicium successorum.

15. Copulavit sacramentaliter ancillam suam tempore quadragesimae, et in domo sua nuptias illas celebravit.

16. instituit confraternitatem compotatorum.

17. pugnavit, verberavit, et ad terram allisit D. pastorem in Dalhem sive Sprancking

Super his Articulis de novo auditi Synodales.

Mougelt Johan

Ad 1mum Artic. affirmat verum esse, quia pastor fuit Treviris

Ad 2dum itidem.

Ad 3tium similiter.

Ad 6tum maioribus tamen festis fieri vesperas.

Ad 9num affirmat eum sepius esse ebrium.



Ad 11 verum.

Ad 14m affirmat, pollicitus quidem fuerat chorum Capellae in pago reparare, huiusque tamen omissio.

Müller peter

Ad 1m affirmat, itidem 8m et 9m veros esse.

Honorabilis Dnus pastor super praemissis Artlis examinatus et auditus respondet

Ad 1m fatetur, ex inde quod Treviros citatus fuerit.

Ad 2m se morbo fuisse detentum, nec copiam alterius habuisse.

Ad 3m per duos dies se abfuisse.

Ad 4m negat pro ut etiam ad 5tum.

Ad 6tum se maioribus festis semper habuisse, imo et diebus Dominicis.

Ad 7timum negat.

Ad 8uum vero fatetur racione negotiorum abfuisse aliquo.

Ad 9num. fatet subinde.

Ad 10. negat consuetudinem.

Ad 11. 12 negat.

Ad 13. fatet ob impudentiam hominis illius factum esse.

Ad 14. negat se damnum intulisse successoribus.

Ad 15 et negat.

Quamvis offerrent quidam probationes super articulis a pastore
negatis et testium productiones, attamen ob temporis
brevitatem abstinendum erat, sicut et ob militum adventum

Decretum

Honorabilis Dnus Georgius Redingh pastor in Selingen
agat poenitentiam in domo propria per integrum mensem
scilicet diebus mercurii, veneris et Sabbathi in pane et aqua
ac faciat confessionem generalem, deque ea legitime doceat
infra octiduum coram Rdo Dno Decano Arlunensi: insuper
pro emenda solvet testibus auditis cuilibet 15 stuphero
et tabellioni solvet 30 stupheros, sub graviori interim
poena serio monetur, ut deinceps status sui Clericalis
memor abstineat ab eiusmodi excessibus.

Revmus et Illmus Dnus Epus per Tintygni ad
Auream vallem descendit Collaturus sacramentum
confirmationis, quod multo tempore factum non fuerat.
per tres fermè dies integros ingens populi multitudo
confirmata, aliaque breviter decisa, si quae decidenda
essent. inde

Vertonum

Die 8a Aprilis circa vesperum cum magno honore
et debita solennitate per D. Decanum Longwionensem



caeterosque Capitulares Revmus Dnus Epus praeeunte
vexillo, et Campanarum pulsu deductus ad templum parochiale
datâque benedictione secessum. 9a

Postridie

9a Aprilis Stus Medardus

Ecclesia in optimo statu reperta ex zelo et diligentia R.D.
Marci Piezardi pastoris et Decani Longwionensis
Suppellex Ecclesiae supra modum honesta et decens et lauda-
biliter omnia administrantur.
Dnus pastor comparuit conquestus,
quod magna in populo negligentia ad frequentandam Catechesim
Item pavimentum navis detritum totaliter
Item defectum ballustri et confessionalis.
Item quod Communitas detrectet necessaria luminaria curare
sed ex oblatis patroni recipere, petit eos vel adstringi
ad procuranda lumina sumptu communi, vel si fabrica
illa curet, saltem pro paramentis contribuere, cum fabrica
tenuis nimium et insufficiens.
Item renovari Cartularia authentica ad vitandos
inutiles processus, aliaque inconvenientia quae in
defectu oriri possent.

Ordinata

1o pastor suos parochianos compellat ad frequen-
tationem lectionis Catechetica per mulctas quasdam

tenues, et cum comminatione de non admittendo illo ad cele-
brationem sponsaliorum et levationem prolis seu infantis et
Baptismo nisi prius sufficienter responderit super præcipuis
fidei Articulis, idqз e suggestu bis per annū promulgari poterit
ut innotescat.

2. pavimentū renovari necesse est summoperè, et cum illud
successu temporis detriverint parochiani scamnis et cistis suis,
hinc consonū ut ij pariter de novo pavimento provideant
ne lis forsan sumptuosa collatorem inter seu decimatorem
ac dictos parochianos oriri contingat.

3 Parochiani itidem obligant, ut curent construi ballustrum
pro communicantibus, confessionale pro poenitentibus.

4 fracta Campana refundi oportet.

5 Domum votis in necessarys reparent.
atqз hæc intra medium annum fient communibus expensis
in casu contumaciæ demandat executio Justitiario loci
vigore placeti Regÿ quantotius facienda.

## Vertonum.

10.a Aprilis

Honorabilis Dnus petrus Louys pastor cum
satisfactione et applausu administrat hanc parochiam
cæteroquin paramenta satis vilia pro oppido tali
R. D. Petrus Louys pastor conqueritur contra R. P. Recoll.



Quod excedant terminos oratory in præiudicium
Parochiæ, querelæ istæ scriptotenus porrectæ. 94
sed ulteriori discussioni reservatæ et decisioni

## Vertonum vetus viel verton

Jean Lallemand Synod.

Querit Ecclesiæ navim valde ruinosam negligentia Abbatissæ Clarofontanæ

1° Item pastor negligit Catechismum.

2° Item potitat quotidie Vertoni cum Tabaco, non sine scandalo gravi promiscuè nunc hic, nunc istic.

3° It. sepelit suos mortuos in Coemiterio Vertonensi non petito minus habito consensu Dni pastoris.

Didier le Coullon synod.

De Catechismo raro ut supra.

De potu ut supra, adeo ut sub vesperas appareat cum scandalo.

Arnould Lambinet de Meix synod.

affirmat omnia ut præcedens, et quod pastor vino adusto



addictus, quodque multoties apparuerit in vesperis largius sumpsisse potum.

4 Item ægrè invisit infirmos, seseque præbet difficilem si requiratur



Dnus pastor interrogatus super præmissis respondet

Ad 1mum. se facere Catechismum, licet aliquando negligatur.

Ad 2dum. non nisi honestæ conversationis et negotiorum causa venire vertonum, nec nisi cum honestis hominibus agere:

Ad 3. offert pastori Vertonensi ut corpora mortuorum excipiat et sepulturæ mandet.

Ad 4m negat.

Priores duo Articuli per depositiones testium Ecclesiasticorum et Civium Vertonensium abundè probati, ac proinde

Ordinatum.

1. ut Dnus pastor deinceps catechismum maiori cum zelo prosequatur, eiusque inspectionem habeat Dnus Decanus in Sto Medardo, et sin minus frequentior reperiatur, subiacebit poenæ arbitrariæ.

2. Cum Turpius nihil, quam sacerdotem esse, et militem actione et moribus referre, hinc serio et sub poena suspensionis mandat Dno pastori, ut potationes tam frequentes, indeque scandalosas vitet, ac os Evangelio sacrum non ita in conspectu populi defoedare pergat.

3. ob negligentias et excessus supra dictos dabit pro mulcta 4 fl. aur. usibus pijs applicandos.

## Ville Cloye

Communis querela quod pastor rarissimè catechizet et vix nisi quater in anno per se concionet, sed alias per p.p. terminarios.

Ex quo sanè malo quales quantaeque oriantur inconvenientia experientia quotidiana nimium quantum docet.

et primo quidem pastorum negligentia in verbo et vite delatando indies augescit, ex altera vero parte gravissima Clero seculari fit iniuria, dum palam in ipsissimis curys cum gravi stommate et detractione et verbis et scriptis praetendit, clerum esse valde rudem, populos non instrui dudum haereses triumphasse ni monachi opera sua obstitissent: quamvis potiores per illos eruperint, ex quibus proindè diversis quantam saepè dioecesis aliqua aut patria patiatur infamiam vix edici potest. ideoque

### Ordinatum

ut Dnus pastor sub poena suspensionis per se vel suum sacellanum ordinariè concionet et catechizet nec per externos nisi aliquoties in anno.

pro mulcta vero suarum negligentiarum duos florenos aureos soluat. ————



9a Aprilis

## Rouuroy

Synodales et alij attestantur Dnum pastorem optimè fungi officio suo per omnia.

Honorabilis Dnus Henricus de Ruelle pastor et definitor Capituli Longwicnensis bonae et exemplaris vitae de particulari excessu nescit, queritur tamen suos semper litibus adigendos ad solutionem suorum iurium, ac proinde pacem et quietem non usque adeò se habere

## Nousson

10.a Aprilis

Denunciatio contra R. D. pastorem dicti loci facta per Synodales et alios.

1o Dnus pastor habet in famulitio Elisabetham nomine, de qua habuisse filiam constans est fama

2. Eaque filia ultra sortem suam se vestit, crine crispato, ac chyrothecis incedens cum multorum scandalo.

3. Prolem in domo dictis enixa est antequam nuberet.

4. Nupta continuò cum prolibus suis frequentat aedes

pastorales, accumbit mensæ

5. Aliquando visæ sunt proles cooperta linteaminibus templi, sed antiquis.

6. Maximè delectat pastor prolibus istius Annæ dictæ, assumit inter brachia, deosculatur, gestat in gremio, quasi anili affectu imò et filios et filias suas nominat etiam coram externis indifferenter.

7. filia fratris Dni pastoris in domo dotis impragnata ante nuptias celebratas.

8. Pastor evomit nonnunquam verba impudica et scurrilia.

9. Altare B. V. in Ecclesia parochiali erectum confert, antequam prius provisto de alio beneficio existat provisum, sicque Collationes nullæ fiunt Altaris utpote non vacantis.

## Responsiones Dni pastoris ad præmissa puncta

Ad 1m igitur respondet, se quidem desuper alias fuisse accusatum et citatum, sed non convictum, ac proinde absolutum in tantum.

Ad 2m. cum sit facti alieni, nec ipse de ea teneatur reddere rationem, hinc o converuit.

Ad 3m. se non posse semper custodire ancillas; cum vero qui impraegnarat, duxisse in matrimonium.

ad 4m



Ad 4m.
Non credit per hoc mali quidpiam evenire, si quando ad domum suam venire contingat, se nulli ingressum praecludere. 97

Ad 5m. nescit.

Ad 6m. quod aliquando iocatus fuerit cum prolibus, esto etiam quod filios vel filias nominarit, prout solemus infantes alloqui, fatetur, neque idcirco contra honestatem quidquam commissum, et vero quis cuiuslibet malevolentis blaterationes, aut scandala passiva impedire potest, aut tenetur?

Ad 7m. respondet uti ad 3m.

Ad 8m. se nescire, nisi quandoque ex ioco, et inconsideratione.

Ad 9m. semel atque iterum ad importunas aliorum preces factum.

NB Licet amplos et omnino pingues habeat redditus hæc parochia, nihilominus res domesticæ misero in statu ac dispositione, ac rusticanam potius casam quam parochialem referente domum; [?] dolendum sanè patrimonium christi ita dissipari per filios prodigos.

## Ordinatum

Cum honorabilis Dnus non sufficienter se purgavit super Articulis contra se productis, imo fama constans et rumor contrarium clament, tantaque hactenus scandala ex hac familiari nimis et suspecta famularum suarum conversatione non modo intra Parochiæ limites, sed in vicinia etiam exorta fuerint; ad quæ præcavenda, si ullus, sanè pastor qui vitam et mores ita componere deberet, ut una regula

et norma, cui suas reliqui subditi actiones in prosequendo bono conformare possint, ut plurimum obligatur.

Hinc prænominatus pastor pro mulcta solvet usibus piis applicanda nempe pro Catechismorum piorumque aliorum libellorum, ac per Ducatum distribuendorum procuratione viginti flor. aur. eique sub poena suspensionis mandatur, ut consortium illud familiare demittet, quo scandalum datum resarciri valeat: Deinde, cum vi[x] illam per semet ipsum exequi possit functionem pastoralem, provideat sibi de vicario, eique stipendium competens assignet, in cuius defectu Ordinarius mercedem taxabit, aut de Coadiutore formali providebit.

Decretum Verroni die 10ma Aprilis 1677.

## Regis Curia

Inde per Rachecourt processum, ibidemque populo copiose congregato collatum Confirmationis Sacramentum.

Omniaque in pergnam decoro reperta sunt statu, cum satis factione tam parochianorum, quam etiam vicinorum.

Interea die 12 Aprilis in Mutzigs Altare maius consecratum et die 13. eiusdem mensis Altaria duo in Wolckringen et dein reditum fuit Luxemburgum pro consecratione SS. Oleorum in Coena Domini facienda, quæ quidem in Metropolitana Trevirensi functio peragi solet, et hactenus semper observata, Quia tamen tempus tam breve, et alia occurrerent negotia ante discessum necessario expedienda

Revmus Dnus Epus conclusit in Ecclesia RR. PP. Societatis Jesu sacra consecrare prout etiam num consecravit, et biduo post sacros ordines contulit. 98

## Hollerich

Synodales cum Dno pastore Nicolao Cornely citati comparuerunt 22a. Aprilis Luxemburgi.

Jacob Hösner Synod.

Pastor a tribus iam annis ancillam habet, cum qua suspectus est, et fama volat sinistra, iussusque a Dno Decano illam dimittere, tamen in hanc usque diem non paruit.

Johan Criner Synod.

Affirmat idem de ancilla.

addit ille ipsam spurium habere, qui æditum ibidem agat, idem semel contendit cum Dno pastore, eique lapide caput ad sanguinem usque læsit.

Niclas Eischringh Synod.

De fama, et famula ut præcedens.

prout etiam deponit Johannes Jörigs, qui tamen hucusque nil probatum asserit.

Honorabilis Dnus pastor auditus, nullum excessum particularem a parochianis commissum produxit; ad ea vero contra se producta respondet, se nullam scandalo

dare causam nec dedisse, interim de se nihil probari posse, quod non deceat Sacerdotem.

Ordinatum

Quia pastor primo quidem in domo dotis detinet personam diffamatam, cuius vita anteacte vestigia evidenter in lucula 2do quia dictus Spurius ad Altare ceteraque ministeria admittit 3tio Quia publice est suspectus de mala familiaritate cum ancilla, 4to nec Domino Decano parere voluerit. Solvet pro mulcta quinque flor. aur. et ob scandalum datum infra tres hebdomades extra aedes dotis infallibiliter dimittat ancillam suam, et de hoc coram Dno Decano Luxemburgensi infra dictum terminum docebit sub poena privationis.

Decretum Luxemburgi die 23a Aprilis 1677.

Adverte ex post terminus productus et prolongatus ad sex septimanas, ut interea sibi de alia ancilla possit providere

Adverte 2do quod praedictus Dominus supra memoratam Ancillam dimiserit iuxta attestatum R. D. Decani Luxem

Leudtlingen

Denunciatio facta Contra honorabilem Dominum pastorem per Synodales et alios facta

1o Pastor vocatae cuidam Franciscae nimium scandalose adhaeret, alter alterius aedes omni fere die frequentat.



2. communis rumor de incontinenti eius vita, imo sunt aliqui scil. ~~Schwartz~~ Mantgen qui asseverat se vidisse pastorem in flagranti, et tempore quidem autumni.

3. quidam parochianus triennio vixit separatim ab uxore, eo quod nimium adhaeserit pastori.

4. eidem graviter percussus fuit a pastore ob dictam suam uxorem.

5. pastor iactavit se quod mulieres posset fascinare, ut se sequantur libere.

6. nullam coemiterii curam habet, eiusque pecora ibidem ut plurimum depascunt gramina.

7. raro Catechizat.

8. in potu turbulentus.

9. Caeremonias SS. cum aliis Ecclesiasticis ludibrio exposuit.

Theilen henrich syn.
interrogatus
Ad 1. 2. 4. 6 et 7m veros esse.

Hansen Vindtgen syn.
Ad 1m famam fuisse et adhuc dum esse.
pro ut etiam de 3.

Ad 4m.
De contentione gravi scit, interim de verberibus nescit.
Ad 5m deponens audivit pastorem dicentem ex quo accommodato utendum esse, ac in potu iactavit se herbis posse attrahere

mulierculas.

Ad 6m verum, probt etiam ad 7 et 8m.

Schiltzen Philippus Synod.

Ad 1m verum

Ad 2m famam sinistram subortam, seqs a dicta Hoffängs Martys audysse.

Ad 3m itidem de fama.

Ad 6m verum — probt etiam ad 7 et 8m.

Ribiss Georgs Syn.

Ad 1m et 2m affirmat, an autem in facto, nescit.

Ad 7m verum.

Honorabilis Dnus pastor citatus, ut super praemissis sese purgaret legitime respondit.

Ad 1m fatetur se nimis saepe accessisse.

Ad 2m nescit.

Ad 3m fatetur itidem se nimis iocatum esse verbis et risibus non tamen ullo opere, cum sit impotens.

Ad 4m
fatetur se verberasse.

Ad 5m forsan iocando dictum.

Ad 6m fatetur aliquando pecora sua in Coemiterio reperiri, sed causa parochianorum sit, quod non debite claudant.

Ad 7m fatetur.

Ad 8m in primo ad parochiam ingressu factum quidem



aliquoties, nunc vero ab annis aliquot nunquam.

Ad 9m fatetur se fuisse praesentem, non tamen positive contribuisse.

Miram promisit emendationem super ys, in quibus quoquo modo deliquisse censeri posset, cuius intuitu benigne

Ordinatum.

Ut pastor faciat in pane et aqua per decem dies poenitentiam ac insuper confessionem gnalem apud R.R. PP. Capucinos Luxemburgenses, quibus in Eleemosynam dabit tres flor. aur. in auro, de quibus omnibus rite peractis docebit p testimoniu authenticum coram Rdo Dno Decano Luxemburgensi, serioqs inculcatur, ut divinae memor vindictae, quae malos male perdet studeat morum correctioni, ac vitae sacerdotalis puritati, si qz ulterius illam familiaritatem cum famosa sua prosequi deinceps comperiatur, sciat processum iri ad privationem aliasqz poenas canonicas. Decret. Luxemburgi die 22 Aprilis 1677.

Dalheim Decanatus Remigensis.

Varia inter Dominum Martinu Keyhll pastorem in Dalheim et incolas loci Ellinger Capellae sub districtu praefatae parochiae contentiones et dissensiones animoru fuerant exortae super constitutione Capellani, eiusqz facultate limitata et iurium parochialiu observantia Hinc ut utrimqz contentiones tollantur et scandala ac processus sumptuosi in visitatione difficultas composita

per decretum consequens.

Visis diversis hinc inde motis difficultatibus, litterarys docum. contractu alias per officialem Trevirensem et Abbatem sancti Maximini pro tempore existentem inter pastorem et communitatem inito subdato 1618, 26 octob. alysq. diversis suboriri solitis litibus, contentionibus, scandalis, et discordys ordinavit, et mandavit; Incolis seu communitati in Ellingen sub poena cassationis conventionis supra nominatae, ne ullum deinceps ordinari faciant super sua capella deservitura, neq. etiam ordinatum admittant nisi praevio scitu D. pastoris, qui sedulo et diligenter attendat an praesentatus sit capax qui in partem curae pastoralis valeat admitti, et si admissus erit futuris temporibus /: si repertus fuerit minus utilis; amovibilis, totaliterq. à Dno pastore tanquam primo capite parochiae dependebit cum debita obedientia et observantia, faciens officium divinum iuxta conventionem supra dictam in omnibus et singulis punctis et clausulis ibi memoratis. ordinatum Luxemburgi die 22 Ap. 1677.

Quae quidem declaratio tam D. pastori quam sacellano et communitati in Ellingen praelecta explicata et intimata fuit et apartibus utrimq. personaliter praesentibus stipulata manu acceptata fuit.

Anno die mense et loco quibus supra.

Eodem die denunciatio facta contra dictu Dnu pastorem in Dalheim in punicto iniuriaru et verberu cum sacerdote



propterea q. mulctatus ad quatuor flor. aur.

Rev.mus Dnus Epus et visitator Archiepalis 24 Apr. discessit Luxemburgo et circa vesperu appulit in Mersche et solito more ad Ecclesiam deductus.

## Mersche

Die 25.a Aprilis consecratum est summum Altare et sacramentum confirmationis collatu usq. dum dies inclinaret.

Ecclesia parochialis realiter est visitata.

Quam modernus pastor Lucas Lupus in statu convenientem et decoro collocat, novis fenestris et amplis ysdem tam choro quam navem alias prorsus obscuram ad decorem illustravit ac scamnis novis ordinatim et proportionate collocatis:

Querelas singulares non produxerunt parochiani, nisi quod in iurium exactione videretur excedere, ac proinde ad evitandas lites directorium parochiale desiderabant sed remissi ad statuta Archiepiscopalia, ubi specifice designant iura; deinde quod pastor in aedificys suis nimium pomposus, ac proinde sumptuosus, cum tamen haec tempora bellica vires omnes exhauriant.

Collator et Decimator D. Abbas Sti Maximini Trevirensis parochia est amplissima et administratu tempore brumali perquam difficilis ob aquarum inondantias graves.

# Biesseim

Synodales una cum Dno pastore citati in Mons̄ß comparuerunt

1.º Pastor non habet Catechismum.

2. Confraternitatem doctrinæ christianæ videtur vilipendere, et alys dissuadere ne admittant.

3. negligit nitorem templi, ornamenta enim sordida maleq̄ȝ ordinata habet.

4. Sacellanos passim parum idoneos admittit.

5. habens commissionem benedicenti campanas, hanc functionē tanta cum inordinatione peregit, ut populus concurrens scandalizatus fuerit.

6. non vult permittere, ut sacellanus per hebdomadem legat sacrum.

Dnus pastor auditus super præmissis respondet

Ad 1m cogitur fateri, cum innotescat toti parrochiæ

Ad 2m negat.

Ad 3m se putare esse omnia in commodo statu.

Ad 4m se optare semper doctos, sed non haberi semper posse tales.

Ad 5m pertinenter nihil.

præter hæc vix amplius ob senium capax ad ullam functionem, quamvis avaritia impellat, ut extra parochiam in ferrifodina binet, et sui in matricē officium



competens, si non planè negligit saltem perfunctoriē et non tali, quali conveniret, fervore et zelo peragit; adeoq̄ȝ non tam consultū quam necessarium pro bono communi 102 ut ei coadiutor assignaretur.

Ordinatum

Ob neglectam hactenus doctrinam christianam et incuriam in procurando domus dei ornamentorumq̄ȝ ad divina mysteria spectantium nitorem, ac neglectas in commissa sibi campanarū solenni benedictione cæremonias non sine pontificalis ministery contemptu: solvet in emendam 4 flor. aur. pys usibus applicandos, et mandamus sub poena arbitraria ut deinceps singulis diebus dominicis per se vel sacellanū habeat concionem et catechizet, vel saltem alternativè: et quoniam in appendice in bergs celebrare diebus dominicis teneri se fatetur, curabit ut singulis etiam diebus dominicis populus isthuc concurrens competenter instruatur, alternative concionando et catechizando, in eumq̄ȝ finem sibi assumat idoneum et probatæ vitæ et doctrinæ coadiutorem pastoralis curæ et officy.

Cum per ætatem id præstare per se non valeat.

Decret. in Mons̄ß die 25. Aprilis 1677.

Rinschleiden decan. Monsfestensis

Schroders Johan de hespelt syn.

Dnus Pastor multum abesse solitus, eoq3 absente pastorem in Wahll suppleuisse.

It uno anno moratus apud Dnum de Louuygni.

Parochiani cæteri diebus Dominicis hinc inde discurrant nec intersint diuinis officiis.

Ehrlen Johan de Kiedborn Syn.

De absentia Dni pastoris ut supra.

Item non fuisse concionem omni die Dominico.

Item Christianam doctrinam rarius explicatam.

Item chorus indigeat reparatione.

Meijer Jacob Synod eadem quæ præcedens.

Item pastor perrucam tulit.

Item negotia et lites laicorum tractanda et procuranda suscipit, ob eamq3 causam multa et longa itinera confecit, intra et extra patriam, adeoq3 abest a parochia

D Pastor auditus respondet.

Quod abfuerit quidem sed idoneum et capacem substituerit qui in omnibus absentiam suam suppleret, deinde Dnum de Louuygni sæpius se sollicitasse, proindeq3 nec recusare potuisse, cum utpote fuerit gubernator Ducatus Luxemburgensis.

Quoad Concionem et Catechismum interdum omitti quidem, sed ob ingruentia aliquando pericula etc.



et demum ob catarros eorumq3 defluxiones obligatum se fuisse ad ferendam perrucam.

Ordinatum

Fundationem Hurff Johannis de Wahll non seruandam, nisi constet ubi existent bona fundationi affixa iuxta declarationem Rmi Dni Epi Ottonis aliasq3 in visitaoe factam.

Cum beneficium detur propter officium, iuraq3 omnia maximè autem Concilium Tridentinum seuerissimè prohibeant, ne pastores a parochia absint, et curis sæcularibus ac negotiis sese ullatenus immiscere præsumant, ac per hoc grex ipsis commissus spirituale damnum patiatur, ideo sub poena suspensionis ab officio et beneficio mandamus Honorabili Dno pastori Joanni Walla, ut sine nostra in scriptis habita licentia a parochia non absit, nec sæcularia suscipiat tractanda Decret in Mersch die die 27 Aprilis 1677.

Lectionem Catechisticam sedulò alternis saltem Dniis seruabit sub poena arbitraria.

Nommeren

Libellus Articulatus procuratoris fiscalis ex officio actoris contra Honorabilem Dnum Adamum Otto pastorem dicti loci reum conuentum exhibitus

in ædibus residentiæ Revmi Dni Epi anno 1675 die 7.a febr.
in quo libello diversi excessus producti, quidam probati, quidam etiam semi probati, ac plures a Dno pastore confessati, prout acta huius causæ fiscalis luculenter docent, ac novi in visitatione reperti.
Et vero R. P. Philippus Scouville personaliter comparuit ad protocollum visitationis per ducatu Luxemburgensem petendo, ut non obstante prætensa litis pendentia coram iudice ordinario ab Revmo Dno Epo et visitatore Archiepali procederet ad decisionem causæ, tum quia articula facta ex depositionibus testium sufficienter probata, tum etiam quia nonnulla D. pastor confessatus adhæc causa illa in correctione morum longiori iam tempore hæserit indecisa, unde putaret quorundam Ecclesiasticorum insolentiam magis in dies crescere, ac publica scandala non reparari, nominatim tamen quia iam a quindecim annis parochia cum pastore versatur litibus cum totali cultus divini interitu: neque pastor abnuebat ~~decisi~~ decidi causam.
Causa hæc pluribus diebus penitus examinata et dilata ad videndum, num spes foret compositionis pastorem inter et quosdam de communitate facienda sed in vanum, ita ut communis populi salus, et propria ipsiusmet pastoris quies amotionem eius necessario requisierit. proinde
In causa morum Correctoria Honorabilis Dni Adami Otto pastoris in Nommern alias ad instantiam


Clarissimi Dni Fisci coram Iudicio Ecclesiastico Trevirensi mota et adhuc indecisa pendente coram nobis in continuatione visitationis Archiepalis Diœcesis Trensis summarie introducta visis iuribus, clarys querelis super gravibus excessibus commissis ad nos delatis, testium dictis et depositionibus, rei conventi responsionibus et respective confessionibus, scandalo publico gravi cultus divini nec non animarum detrimento spirituali et præiudicio natis: ex huius causæ longiori prorogatione, instantia R. P. Scouville Societatis Jesu pleso et adiuncti Regii ad maturam Justitiæ administrationem et præfati D. pastoris ad eandem submissione alysque de iure considerandis mature consideratis Deum solum et SS. Justitiam præ oculis habentes, per hanc nostram sententiam, quam in his scriptis Christi nomine invocato ferimus, divinus decernimus, et pronunciamus præfatum pastorem reum conventum et in multis confessatum, ob excessus graves et scandalosos, in Articulis supradicti Clarissimi Dni Fisci articulatos ad permutandum infra octo dies beneficium Curatum in parochiali Ecclesia loci Nommern sub poena privationis ipso facto incurrendæ, data Collatori eo termino elapso plenaria facultate, dictum beneficium tanquam vacans, alys idoneis et scandalum datum reparare volentibus conferendi, qui si intra terminum a iure sibi præfixum re ipsa non præstiterit, ex iure devoluto illud tanquam vacans conferendum nobis reservamus,

nec non pro emenda Civili in triginta flor. aur. in a
quorum viginti Clarissimo Dno Fisco et alios decem ad pi
huius Visitationis usus infra triduum solvendos assigna
prout etiam ad promptam refusionem decem imperialium
pro pluviali comparando collectorum, et in manus
eius ante hac depositorum, idque sub poena suspensionis
triduo elapso incurrendae, condemnandum atque sic condemna
iis ac remediis iuris compellendum fore et esse, pro ut h
sententiamus una cum expensis tam in iudicio Ecclesi
Trevirensi quam in visitatione nostra factis (:
moderamine salvis:) condemnamus, compellimus, et
respective damus et reservamus. Erat subscripto.

J. H. Anethan Eps Hierap. Suffrag.
Vic. gralis et officialis Trensis.

Publicata fuit haec sententia praesentibus DD.
Hugone Streit pastore in novo Castro et Lothario
Filtzius testibus Viandae 30. Aprilis 1677.

Advertendum ex post terminum permutandi prorogatum
usque ad festum Sti Jois Baptistae proximum a publicatione
sententiae, cui dictus Dnus pastor per omnia se submisit,
et actu paruit.

## Stegen

Dominus pastor Joes Hesser ore omnium
litigiosus



litigiosus et iniuriosus verbis et scriptis.
in libro Baptismali Ecclesiae Bettendorff fecerat iniuriosam
et scandalosam inscriptionem de praenobili Dno Stain quam
quidem se fecisse aliquoties protenus negarat, sed dum liber ad
protocollum portaretur, coactus fuit manum suam agnoscere, hinc
iussus in praesentia antedicti Domicelli Stain, et pastoris in
Bettendorff ignominiosum expungere scriptum, cum rubore ac
desuper veniam petere, ac pro mulcta solvere tres flor. aur. in auro.
Decretum 26. Aprilis 1677 Viandae.

## Eschdorff.

Synodales et pastor citati comparuere in Mersch.
1o Johannes Brecht synod. queritur de miserando statu Ecclesiae
parochialis, culpa Domini Baronis in Clerf.
2. Pastor requisitus pro extrema unctione mittit eam per laicum
ad sacellanum suum.
3. Daturus benedictionem V. S. ex sacrario nulla reverentia
extrahat, et instar vexilli militaris circumgiret cum scandalo
et offensione populi.
4. parens cuiusdam filiae gravidae, etiam partui proximae,
vocavit et imploravit pastorem cum synodalibus, ut
venirent ad parturientem, ac audirent eam sub iuramento,
quisnam excitati uteri foret causa, pastor vero eundem

nec non pro emenda ...

baculo excepit, cumq[ue] secunda vice Synodales instanter fuissent interpellati, quatenus pro muneris sui exigentia adesse festinarent, pastor de nocte surgens graviter comminatus si comparerent, parturientemq[ue] adiurerent allegando eam esse meretricem, neq[ue] ei deferendu[m] iuramentu[m], erat autem famulus eius de commisso delicto suspectus.

5. Dum pastor divina peragit, perfunctorie celeriter, et militari quasi gestu fiunt.

Johan Hubert Synod.
De Ecclesia ut supra
de extrema unctione ut supra.
Item in reparatione valde tardus SS. Chori

Johannes Bockeler Synod.
ut praeced.

Anthonius Schan Synod.
Quod pastor in Domo habeat personam, de qua dimittend[a] a Synodalibus monitus, sed in vanum.
in caeteris autem uti praeced.

Eustachius Schann Synod.
De domestica ut ante.
De caeteris ut supra.
Item dum distribuit S. communionem plane absurde alloquit[ur] homines ipsa manu trudendo, dicendo aperi os adeo



ut pij et timorati horrorem concipiant.
Item tam alta voce confitentes alloquatur et interroget, ut non neminem pudeat confiteri.
Reliqui eadem quae supra confirmant.

Honorabilis D[omi]nus Joannes Merge super praemissis interrogatus et auditus respondet,

Ad 1m culpa decimatoris esse.
Ad 2m fatetur.
Ad 3m se nescire num peccet in gestibus.
Ad 4m fatetur et petit veniam.
Ad 5m nescit, creditq[ue] se uti caeremonijs consuetis.
De famula, fatetur quod sibi inserviat; sed moretur in aliena domo.
In puncto reparandi chori, se non usq[ue] adeo obligari credit, interim se paratu[m] reparare, licet ei in debito statu non fuerit deliberatus.
Quod in exceptione confessionis sacramentalis vocem paulo altius elevet, causam esse surdastros plures.

Cum honorabilis D[omi]nus Joes Merge pastor plures ex allegatis excessibus cum gravi parochianoru[m] offendiculo fateatur, deq[ue] alijs sufficienter convictus sit, mulctamus dictum Dominu[m] ad emendam duoru[m] flor. aur. usibus pijs applicandam, ac severe iniungimus, ut deinceps SS. mysteria functionesq[ue] pastorales cum debita reverentia et populi aedificatione administret,

coniugatos etiam quos partim in= partim extra ædes
dotis habuit 4qm famulos et famulas infra quindenam
dimittat, ad tollendam detractionem et scandali materiam.
Decretum in Mersche die 26a Aprilis 1677.

## DicKirch

1. Synodales conqueruntur raro fieri Catechismum, et ferè non
nisi per quadragesimam.
Dominica 3a mensis non fit sacrum solenne, et concio in
2. Ecclesia parochiali, sed apud franciscanos.
3. Dum synodales multant in tenui quantitate violatores
dierum festorum sumendo pignora, pastor ex post reddit,
et si quæ mulctæ a delinquentibus pendendæ vel eæ
negliguntur, vel etiam totaliter a pastore condonantur.
unde synodales vilipendi incipiunt, eorumque authoritas
prostitui.
4. Sacellanus binat in Erbeldinger et mihrlot iniuncto
produci facultatem.
5. Sacellanus nimium potui addictus, et vino quidē adusto
6. in dictis Capellis officium divinum non ea qua decet
reverentia tempore et fervore peragit, eo quod sacellanus
ad distantia loca ire cogatur, ac proinde ut plurimum
præcipitanter pulsari faciat, ita ut magna sæpius



pars integrum sacrum non audiat, multo minus Catechismum.
7. Confraternitas sancti Sebastiani redditus utcumque bonos, habet quomodo
autem impendantur non satis apparet, habet quidem provisores
speciales, sed consumi videntur multa.
8. ossatorium valdè ruinosum.
9. in Capellis nulla fit concio.
10. paramenta vilia.

R. D Matthias Kirst super præmissis auditus respondet.

Ad 1m.
Catechismum fieri per quadragesimam et æstatem.

Ad 2m.
fatetur.

Ad 3m.
respondet non esse executionem, quoad mulctas delinquentibus
impositas, Justitiarios et officiales sibi solis attribuere
ius puniendi, dolendum et ingemiscendum primævam
Ecclesiæ iurisdictionem nunc temporibus hisce novissimis
mutilari ac labefactari ab viris sanguinum, qui non
quærunt, nisi quæ sua sunt, utinam sua, deque Ecclesiæ
spolys ditescere pergunt ad maledictionem.

Ad 4m
ostendit facultatem binandi.

Ad 5.m ut pote facti alieni nescit, interim asseverando vinum
valdè rarum esse.

Ad 6m redditibus non esse capaces pro duobus Capellanis susten=
tandis, ac proindè opus esse binatione, per consequens

vero officium divinum non usqz adeo hora semper statuta
servari posse.

Ad 7m respondet, cum se nullam de ys cognitionem hactenus habere contigerit
Sed haec solutio vel responsio non sufficit, cum pastoris sit
iuxta iuramentum Archidiacono praestitum redditibus Ecclesiae deperditis
pro posse et nosse recuperare et de ys coram Deo respondere
ne patrimonium Christi dilapidetur.

Ad 9m fatetur, sed cur non veniant quandoqz ad matricem, cum temporis
angustiae non patiantur in qualibet capella concionem haberi

Ordinata

Confraternitatem SS. MM. Sebastiani et Fabiani in
Ecclesia parochiali Dikirch nolumus quidem improbare,
sed nullo modo probare possumus, ut tanti sumptus fiant.
Quare mandamus, ut confratres seu associati praefatae
confraternitatis cum interventione R. D. Pastoris mature
deliberent de moderata taxatione sumptuum faciendorum
diebus solennioribus confraternitatis, et quibus rationes
excipiunt, quae futuris temporibus stata et inviolata
servetur, ita ut collecta nequidem ex propriys facta
liceat eam istis diebus excedere, nec ex sumptuosis
conviviys, vel intempestivis compotationibus maius
ad vulgus oriatur scandalum, quam associatorum pietas
reparare possit. Quod si ratione istius taxae convenire non possint confratres, ad nos pro ulteriori decisione

recurrent. Mandamus autem ut mamburni istius 60 108
confraternitatis quantocyus decentia, et rubricis convenientia
ornamenta et vestes comparent, quae si desint, prohibemus
severe Dno pastori et cuivis alteri sacerdoti, ne
ad altare confraternitatis celebret, donec de ys reipsa sufficienter
provisum fuerit, maxime ne pro defunctis officium
fiat, nisi vestes competentes adfuerint. Decret. Dickirch
28 Aprilis 1677. Ordinatum.

1 Honorabilis Dnus Matthias Kirst pastor habeat
singulis Dominicis per se vel sacellanum idoneum in
Ecclesia parochiali Catechesin. 2. diebus Dominicis
nulla excepta officium divinum peragat populum
nullatenus remittendo ad PP. Franciscanos et quidem
~~[illegible]~~ 3 sacellanos habeat idoneos, et
approbatos. 4 singularem curam habeat confraternitatum,
earumqz redditum, et ornamentorum. 5. mulctas a se et
synodalibus contra delinquentes impositas non remittat,
nisi ex causa iusta et nota. 7. sacellanus imposterum
non tam praecipitanter pulsari faciat, ut populus
commode interesse possit sacro. Decretum ut supra.

Mandatum Fr. P. sacellano Nicolao Wampach
ut per quinqz dies in pane et aqua faciat poenitentiam
in conventu ob negligentias et
Adverte hic facti plane exigui sumptus tum ob exiguam
moram sc. unius noctis et mediae diei tum ob

frugalem valde mensam, ita ut non videatur opera pretium
a populo eas erigi.

## Vianden 28. Aprilis.

De hinc Vianden discessum fuit, ac 28. Aprilis circa quartam pomeridianam illuc adventatum fuit. postridie advenit hora octava matutina ad ædes hospitij, R. P. minister totusque conventus præeunte vexillo, deque hospitio ad Ecclesiam more consueto deductus Rev.mus et Illustrissimus Dnus Epus et visitator Archiepalis, ubi habita ad populum brevi exhortatione de causis visitationis et effectibus, sacram Confirm. celebravit, et dein sacram confirm. contulit, et demum Ecclesiam realiter visitavit, et magna ibidem reperta confusio, tam in altaribus, quam etiam sedibus et ornamentis.

R. P. Minister quidem protestabatur de visitatore admittendo sed responsum, non monasterium sed parochiam visitari.

### Ordinata

1. ut pastor iuramentum consuetum deponat, prout et alij pastores faciunt et emittunt.
2. amoveantur tria altaria in navi Ecclesiæ sita tum quia nimis multa, tum etiam pro maiori domus dei decore et prospectu.
3. ut Confraternitatum Sacra in his diversis altaribus legi solita in uno deinceps persolvantur.



3. Ut confraternitatum sacra in his diversis altaribus legi solita in uno deinceps persolvantur.

4. Ut scamna et sedes Ecclesiæ utpote nullo ordine collocatæ ejiciantur ac aliæ honestæ substituantur in parte templi ad communitatem spectantis sumptibus oppidi.

5. ob varias easque graves insolentias, quas in porticu Juventus huiusque excitare consuevit, mandatur ut illa porticus amoveatur, utpote cum renovatis sedibus templum sufficiens, ut omnes capiat parochianos.

6. ut Tomba vacua in medio alæ dextræ templi consistens amoveatur.

7. ut quælibet confraternitates inter se conveniant de constituendo lumine suis temporibus.

8. R. P. Minister provideat parochiæ de vicario perpetuo, qui per omnia sit sub Capitulo christianitatis ruralis, eiusdemque Decano solitum iuramentum præstet, si tamen P. Minister id intermitteret, Nos authoritate Ordinaria, tum ex Jure devoluto idoneum constituemus.

9. Mamburni Ecclesiæ parochialis necessaria paramenta curent, ac seorsim recludant in Armarijs, erecto desuper inventario, ne confundantur cum reliquijs de monasterio.

Die 29. Aprilis

## Valendorff

Dnus pastor et synodales personaliter citati comparuerunt Viandæ, et primo auditi Synodales.

Linckels Michael Synod.

1o. D. Pastor agit officialem in Merschdorff, proindeq;
Saecularibus negotys nimium se implicat, unde contingit:
parochiam non ita administrari uti oporteret.
2. negligens in Concionando.
3. prout etiam in Catechizando.
4. saepius abest.
5. aliquoties requisitus pro administratione extrema unctionis,
distulit in alteru diem, et sic quaedam obyt sine suscepta.
6. Joannes Theodorich Maierus verberavit suos parentes,
soletq; quoslibet promiscue iniuriare.
7. Senior pastor frequens antehac in verberando et calumniando
8. Quaedam ancilla in domo dotis impregnata, et famulo
in matrimonium data; idem contigit 2da vice.
9. semel aliquem in Coemiterio verberavit.
10. valde addictus potui, unde multa incommoda nata.

Schmalts Hans Synod.
De 1. 2. 3. etc. ut supra
Haund Ternis Synod.
Omnia supra allegata confirmat.
Meyer Wayrich Synod.
fuit a Senior pastore verberatus in ipso Coemiterio
caetera ut supra
Hermans petrus Synod. ut praeced.



plurimum tamen nunc in peragendo officio divino.
Michels Wilhelmus Synod. et reliqui deponunt ea quae supra
supra.
Honorabilis Dnus pastor petrus Funck petit reparari
domum dotis.
Item licentiam, ut possit quandam vineam pro meliori bono
in hortu convertere, cum omnes incolae suas vites exciderint.
Ad supra allegatos Articulos respondet,
Ad 1m
quod se abduarit.
Ad 2m.
fatetur esse factum defectu librorum necessariorum, idem de 3.
Ad 4m. non amplius se abesse, imo nec antehac pluries de
nocte emanserit.
Ad 5m.
pastorem in Bersdorf teneri in necessitate extrema aegrotis
sacramenta administrare, maxime ob aquarum inundantiam
tempore hyemali.
Dnus Joannes Wannerus pastor Senior
Ad 7m. fatetur.
Ad 8m.
unam ancillam fuisse a famulo, alteram vero a Saeculz
ano impregnatam.
Ad 9m. fatetur.
Ad 10. fatetur.

Ordinata

1. Joannes Theodorich Marerus dabit pro mulcta Ecclesiæ parochialis usibus applicandis Dno pastori 6 Impls qui statim satisfecit.

2. Honorabilis Dnus petrus Funck ob concionem et Catechesin neglectas, aliasque discursiones huc illucque factas pro emenda solvet tres flor. aur.; Insuper mandatur eidem, quatenus deinceps concionem et catechesin alternis saltem Dominicis irremisse faciat, sub poena suspensionis; similiter ne se negotiis sæcularibus ulla tenus præsumat implicare, ut rebus suæ pastorali curæ commissis promptius incumbere et invigilare possit; potissimum vero dum ad infirmos vocari eum contingit. Decret. Viandæ die 29 Aprilis.

3. Honorabilis Dnus Joannes Wannerus senior pro commissis in verberando et iniuriando excessibus solvet fabricæ dictæ Ecclesiæ in Walendorff quatuor flor. aur. intra sex dies.

4. permittitur vineam supra mentionatam in hortum converti.

Nb Die 1a Maij personaliter comparuit Honorabilis Dnus Petrus Winckell pastor in Beffort et declaravit coram Revmo Dno se teneri incolis pagi Didtlingen appendicis de Walendorff succurrere in administratione sacramentorum quando sc. aquarum inundantia tanta est, ut Sura transnavigari non possit; ac proinde non detur accessus ad pastorem in Walendorff; id quod hactenus semper præstitit et deinceps præstare paratus, quamvis salarium constitutum, sat sit tenue.



# Heffingen

Die 29. Aprilis a prandio citati comparuerunt Viandæ D. pastor et synodales dicti loci ad effectum visitationis habendæ, ac primo quidem hi interrogati, et auditi.

Fryltz Hanso de Reulandt Synod.

1. Dnus pastor non assumit Mamburnum, nec ipse annuum reddit computum.
2. raro fit Catechismus.
3. tardus in puniendo delinquentes.
4. in summis festivitatibus nullas cantat vesperas.
5. in septimana sancta non audivit confessiones cum universali parochianorum querela.
6. sæpius aliqualiter nimium potus ad ægrotos devenit cum nausea ægrotantium.

Joannes Wolff synod. refert.
iam a decem annis nullum computum redditum.
De catechismo ut supra.
Veltrus Johann Synod.
De computu et catechismo ut supra.
Waynnurs Johannes Synod.
Coemiterium non satis clausum.
De Catechismo, Concione et potu, ut supra.
reliqui synodales eadem proponunt.
Honorabilis D. Joannes Lascher pastor defectum

in Catechismo et concione exusat per Senium Suum.
Cæteroquin petit cœmiterium claudi, et templo de scamnis
provideri.

Ordinata

1. Parochiani sub poena interdicti et privatione Ecclesias
ticæ sepulturæ Cœmiterium debitè claudent.
Parochiani quoque de procuratione sedium providebunt.
2. Dnus pastor deinceps concionetur, et Catechizet per se, vel
idoneum constitutum.
Vitabit occasiones potus, ne ulterius scandala causet. pro
negligentiis commissis solvet tres flor. aur.
Decretum Viandæ 29. Aprilis 1677.

1a May

## Bettendorff

D. Pastor et Synodales citati Viandæ comparuerunt.
D. Pastor a paucio tempore possidet dictam parochiam,
refert tamen continuas esse dissensiones, et turbas ra[tione]
sedium inter nobiles quosdam Domicellos Stain, Malle[r]
et Triss, ex quibus variæ oriunt[ur] inconvenientiæ in
peractione officij divini; sunt enim obstaculo et impe
dimento, quo minus cæteri parochiani prospectu et omni
modum accessum habeant, et cum hæc causa, ut ritè
decidatur, requirat ocularem inspectionem. hinc

Commissum honorabili Dno Matthiæ Beckrigh Decano Christianitatis
Useldingensi, ut ad Ecclesiam parochialem in Bettendorff 113
se se personaliter conferat, et eius constitutione, sediumque
pro quibus in dicta parochia contentio suborta, situm 112
inspiciat ac perpendat, et si fieri possit pro maiori officij
divini reverentia, et commoditate, populique ædificatione,
de partium contendentium consensu disponat: quod si
partes eius interventione componi non possint acta ad
nos remittat, cum exacta loci et sedium geographica
descriptione, et in quo potissimum nodus difficultatis
consistat, ut omnibus auditis et examinatis tandem
possimus statuere quod Juris. Interim authoritate
Archiepiscopali qua fungimur, sub interminatione divinæ
indignationis et privationis sepulturæ Ecclesiasticæ,
mandamus, ut partes contendentes abstineant deinceps
ab omni strepitu sediumque translatione, eoque loco et
situ sedeant aut flectant circa Altare et SS. communionis
mensam ut Sacerdotem in suis functionibus aut populo
ad SS. mysteria accedentis devotionem non turbent, aut
impediant. Decretum Viandæ 1a May

## Geichlingen

Honorabilis Dnus Nicolaus Hanff pastor
et Synodales Viandæ comparuerunt.

Synodales Thielen hauss, gubels Thomas, et Theis Wilhelm comparentes.

1. Quod Catechesis tantum fiat in quadragesima.
2. ob senium vix possit pastor deservire parochiam.
3. habeat suum spurium in domo.

Dnus pastor se exousat ex causa senij, et tenuitatis redditiuum pro sustentando sacellano, quoad spurium vero, eum inservire instruendæ iuventuti.

Ordinatum.
Dnus pastor ob neglectum Catechismum, et scandalosam spurij sui detentionem cum perpetua dati scandali continuatione solvat pro emenda tres flor. aur. pijs usibus applicandos; Catechismum vero saltem alternis habeat dominicis, ac spurium sub poena suspensionis extra parochiam amovebit intra mensem. Decretu Viandæ die 1a may 1677.

Mettendorff

Adam Berscheid synodalis refert quod
1. Catechismus servatur per quadragesimam et aliquando extra illam.
2. filiam suam collocavit in matrimonium, et nuptiale convivium domi suæ celebravit.
3. pastor non frequentat processiones Epternacum versus. 4°


4. illa continua conversatio cum sua sacrilega impudicitiæ memoriali, varia ac diversa causat scandala.
5. in filiali Laser non est custos, et proinde multifariæ et hinc oriuntur controversiæ, alijs custodem desiderantibus, alijs vero non; petitur decerni.

Wagner Claso, Metzen Theiss, paulus petrus etc. Synodales præallegata veritati conformia asseverant.

R. P. Wilhelmus broncart pastor fatetur negligentiam in Catechismo et se submittit, spondens emendationem in ijs quæ neglexit, vel omisit, prout etiam in puncto spuriæ.

Decretum.
Non licuit pastori habere usque ad annos nubiles, cum scandalo publico infamem sacerdotalis incontinentiæ prolem in ædibus dotis, neque in ijs convivium nuptiale in eiusdem copulatione matrimoniali celebrare: cum scandali dati renovatione et continuatione; Quis etiam interea de perpetua usque ad hinc gravi negligentia catechismi accusatus, convictus et confessus, mulctatur ad quinque flor. aur. pijs usibus applicandos cum districto mandato sub poena amotionis de parochia ut deinceps diebus dominicis Catechesin servet, nec patiatur præfatam prolem cum sua progenie domum parochialem frequentare; insuper parochianos in publicis processionibus versus Epternacum et prumiam comitetur per se, vel alium idoneum sacerdotem. Decretu Viandæ die 1a may

2a. may

# Forhn seu mons Sti Marci
1

Querelæ contra R. D. Joannem Samson pastorem.

S. Heid Contags Synod.

1. pastor aliquando scandalosè ebrius, adeò vt nesciat quid agat vel omittat, imò etiam sub vini pondere succumbat subinde.

2. Sordidus tam Domi quam in templo.

3. vix instruit populum suum.

4. pastor recipit oblata Capellæ sti Marci, nullumqz habet mamburnum.

5. multa ibi dantur legenda sacra, neqz tamen idoneum ministrum habet, qui respondere sciat.

6. Catechesis per Quadragesimam.

Lindtwijk Claso Synod.

De Catechismo et ebrietate vt supra.

Heinse Hunfell et Stephans Johan vt supra.

S. Huln Claso.

7. pastor recepit stipendium de sacris non lectis.

8. Duæ ternæ Dominicæ elabuntur abs concione.

9. Tabacum in ore cum nausea adstantium masticat.

10. dum Ebrius, ordinariè iniuriosus, pro vt aliquando transiens vocavit certas quasdam personas meretrices, et duplicatas quidem.



11. non comitatur suos in Supplicationibus publicis.

Dnus pastor super præmissis citatus et auditus respondet

Ad 1m. fatetur aliquando factum.

Ad 2m putat omnia in templo commoda esse.

Ad 3m. negat.

Ad 4m. fatetur, sed quod Capellam in sartis tectis conservet, ac de paramentis necessarys provideat.

Ad 5m. habet tres iuvenes capaces.

Ad 6m. negat.

Ad 7m. fatet, vnum alterumve omissum; celebrabit tamen.

Ad 8m. aliquando tempore infirmitatis, et tumultus bellici, contigisse omitti concionem.

Ad 9m. rarò vti.

Ad 10m. aliquoties tantum contigisse.

Ad 11. non posse se amplius ambulare ad longum iter.

Ordinatum.

Cum sacerdotes, maximè quibus cura animarum iuncta est, abominabiles sint in oculis Domini, si opus ad cultum divinum et animarum fructum spectans negligenter peragant, multo magis; si omittant cum ruina et dispendio animarum, de quibus gravissimam et districtam in die magna et tremenda districtus iudex rationem et sanguinem subditorum de manibus eorundem requiret: hinc serio et sub poena amotionis

de parochia mandamus ac praecipimus R. P. Joanni Samson, ut deinceps a scandalosis potationibus et ebrietatibus, alysq3 iniuriosis et scurrilibus dicterys quibus parochianorum suorum prosundere solitus, abstineat ac Catechismum et conciones Dominicis diebus imposterum cum maiori Zelo peragat, insuper pro salutari correctione in Emendam Civilem per quatuor flor. aur. usibus pys applicandos et prompte solvendos multamus. Decretum Viennae 2a may. 1677.

## Krüchten Viandae

Schmidt Jacob Syn. refert quod
1° Saepius concio negligitur
2. idem de Catechistica lectione
3. filiam suam in domo detinet cum gravi scandalo.
4. alias in Olmischeidt rumor sinister contra pastorem invaluerit.

Ostan petrus Syn. ut praec.

Hammert Gauss Synod.
5. aliquando milites interrogasse explosionis gratia, num suam pastor etiamnum domi conservaret.

Coutags Gauss Synod.



eadem quae supra, unde in tota vicinia plebei simplices plurimum scandalizentur; imo ipse pastor vix audeat pro concione tangere materiam castitatis ob notorietatem sacrilegae suae incontinentiae.

R. P. Reisberger pastor respondet punitum se in ys, quae forte commissa in Olmischeidt.

caetera dictante conscientia propria tacendo confessus, proinde

## Ordinatum.

Cum honorabilis pater Joannes Reisberger pastor in Krüchten Viandae contra SS. canonum dispositionem, cum novo scandalo, et ruina spirituali suorum parochianorum, aliorumq3 in vicinia existentium: prolem ex sacrilego et damnabili concubitu sibi natam una cum nepte sibi cohabitandam ad aedes suas parochiales susceperit, et indeq3 pateat ob tot excessus hic antea commissos (: de quibus juridica informatio sumpta :) non sufficienter poenitere, ne dum publicum scandalum toties datum, per meliorem vitam et mores reparare: suiq3 omnis spes in excolenda messe Dnica fructum faciendi depereat: hinc authoritate officij nostri ut saluti parochianorum et honori eorum, qui per hoc infamiam patiuntur, Dictum pastorem ob allegatas causas ad pastorale munus incapacem ab administratione parochiae in Krüchten et cuiuscunq3 alterius amovendum esse et in monasterium suum cum revocatione omnis jurisdictionis pastoralis sibi ab Ordinario

concessa remittendu esse duximus, prout hisce amovemus,
remittimus et avocamus respective. Decretum viande
— 2a May 1677.

3a May

## Cörprich

Hannß Caspar Synod.

navis Ecclesiæ ruinosa per negligentiam decimatorum.

Schulen Caspar neglexit unum e suis domesticis, quo
minus extrema susceperit.

Domicellus de Heyden habet sedem in templo, quæ
prospectum impedit, et licet alias in visitatione amoveri
eam fuerit ordinatum; hactenus tamen non factum.

1. Dnus pastor sua pecora intromittat ad depascendum
coemiterium quamvis clausum.
2. in die nativitatis legebat alias 2m sacrum in gintingen
nunc vero intermittit.
3. in Linckart Adami domo mortui duo sine sacramentis,
quamvis pastorem aliquoties desuper interpellassent,
qui timore morbi recusavit.
4. Domus dotis nunc tertia vice exusta, nescitur an non per
negligentiam domesticorum eius.
5. Catechismus fit per quadragesimam.



6. pastor suspectus de incontinentia peccato commisso.
7. sacrum hebdomadale in gintingen intermittit.
8. dum requiritur pro administratione sacramentorum exhibet
se morosum.
9. diu nullus computus redditus defectu documentorum quæ
sunt in manibus Dni pastoris.

Clas Leonardt Synod.

De pecoribus ut supra

De catechismo ut supra.

De computu, rumore sinistro ut supra.

Schrantz Henricus Syn.

De Catechismo, pecoribus coemiterium ingredientibus,
rumore incontinentiæ, cum ancilla anixa sit prolem,
de neglecta quadam persona ut supra.

Honorabilis Dnus Stephanus bindfeldt pastor
super premissis interrogatus et auditus respondet

Ad 1m. aliquoties post incendium contigisse, cum domus dotis
sit plane contigua coemiterio.

Ad 2m. non credit se obligari.

Ad 3m. fatetur se requisitum fuisse.

Ad 4m. infortunium suum esse, neque etiam sciat causam

Ad 5m. se nescysse de ulteriori obligatione.

Ad 6m. fatetur suam incontinentiam, et lapsum.

Ad 7m. ait esse reductum per superiores.
Ad 8m. non credit.
Ad 9m. paratus est ad restituenda documenta litteraria.

Ordinatum.

1. Decimatorem requirant D. pastor et synod. pro necessaria reparatione navis Ecclesiæ, sicque videat Vergimersheim, officiatus loci requirat pro arresto super decimis.

2. Thielen Caspar ob neglectum domesticum libram ceræ solvet mamburno.

3. Domicellus de Heyden admoneat, ut agat ne sedes sua sit offendiculo, eamque sic disponat ut conspectus templi ad summum altare sit apertus.

4. Cum Honorabilis D. Stephanus Binsfeldt pastor in Corprich de sacrilega incontinentia accusatus, convictus sufficienter et confessus, prout etiam negligentia in docendo populum et sacramentorum administratione pro infirmis, unde ultimo pestis tempore, unus non expiatus ipsius culpa mortuus: hinc mandamus in virtute S. obedientiæ, ut diebus Dominus in ædibus per mensem diebus mercurii et Veneris in pane et aqua agat poenitentiam, commissaque expiare studeat peccata, ac maiori quam antehac zelo et mansuetudine scandala

data populum docendo, et catechizando singulis vel saltem alternis Dominicis tollat. 74 117

5. In Capella Gintingen per duos annos proximos singulis mensibus semel sine tamen præiudicio successorum catechesin faciat.

6. pecora ab Coemiterio arceat.

7. quinque flor. aur. pro emenda piis usibus applicanda solvat. Decretum Viandæ 3a. May 1677.

## Waldtbilligh.

D. Pastor et synodales citati comparuerunt.
Stof Cliso synod.

1. Coemiterium apertum, nec pastor satis urget reparaonem.

2. medicinas præscribit omni promiscue sexui.

3. Ancilla Dni pastoris admodum procax, obiurgat Synodales, variasque causat dissensiones in parochia.

4. Nullus mamburnus, pastorque solus fabricæ redditus annuos percipit, nec fit ullus computus.

5. in Crützrodt tenetur D. pastor ad sacrum quindenale quod hactenus omisit.

6. quidam antehac ex cognitione Dni pastoris ob certos excessus punitus ad 8 libras ceræ, hactenus tamen non satisfecerit, idque simpliciter ob negligentiam D. pastoris,

et similiter in pluribus alys executionem mulitaru negligit.

Voltaus Jos synod.

7. Quædam sunt anniversaria fundata quæ quidem celebrantur. sed nulla fit redditum vel bonoru eis affectatoru ratio a D. Pastore, unde ignoratur quid ipse percipiat, quidq3 emolumenti obveniat Fabricæ, proinde petit constitui mamburnos, et annuatim computu reddi.

8. Quod teneat ad sacru hebdomadale pro defunctis in sacello noviter exstructo, ad quod etiam parochiani contribuerunt, sed non sufficienter patet, num illud semper fiat.

Magar Jos. synod.

De Ancilla D. Pastoris ut supra, ipsumq3 deponentem contumeliosè excepit, verbisq3 non satis honestis, erubescit calamus ea revelare se dimiserit.

De negligentia D. pastoris in executione mulitaru ut supra.

De coemiterio, et anniversarys ut supra.

Schunidars Theodoricus syn. ut supra.

Wrick Michael synod.

semel porci reperti in coemiterio, quod videns excanduit in hæc verba erumpendo, aliter non est quam quod diabolus pastorem cum synodalibus auferat.

Kaysers Matthias syn. ut praeced.

Pastor transtulit fundationem quandam de uno altari in aliud.

Honorabilis Dnus Dominicus Pfaltz pastor



super præmissis interrogatus respondit.

Ad 1m. se malle debitè claudi, cum ad communitatem spectet de necessaria reparatione providere.

Ad 2m. fatetur, neq3 tamen credit sese excessisse.

Ad 3m. scandalum ob ancillam nunquam apprehendisse se hactenus, cum vero illud nunc intelligat se paratu ad dimittendam.

Ad 4m. cum sint exigui admodu redditus, vix operæ pretium esse constitui mamburnos, se tamen ~~m~~ malle.

Ad 5m. paratus ad sacra facienda, modo incolæ persolvant stipendium debitum.

Ad 6m. se nunquam remisisse.

Ad 7m. litteras seu instrumenta anniversariorum, de quibus quæstio extraditurum promittit.

Ad 8m. itidem sacru consuetu ad altare B. M. V. deinceps lecturu.

## Ordinata

1. D. Pastor ancillam dimittat proximis diebus ad tollendum scandalum, quod ex proterma ancillæ palam oritur.

2. In exercitio medicinæ non admittat promiscuè foeminei sexum ob indecentiam.

3. In Capellis foraneis ex more et stipendio sacra pergat legere, prout et sacru B. M. V. in Ecclesia parochiali fundatu in consueto altari.

4. Documenta Anniversariorum mamburnis exhibeat, ut istorum redditRum rationem cum ceteris reddant.

5. Michael bous octo libras ceræ, quibus mulitatus fuit sub poena interdicti soluat, ac Dnus pastor ijsdem remedijs similes mulctas tam præteritas quam futuras sine tergiversatione præstari compellat.

6. Coemiterium ita claudant, et clausum teneant ij, ad quos spectat, ut pecora arceri possint sub poena quidem primationis Ecclesiasticæ mandatur. Decret. viandæ 3a maij 1677

# Contzumb

Vniversales fuere propemodum querelæ tam laicorum quam Clericorum contra D. Pastorem dicti loci.

1. negligens in celebratione Catechismi.
2. pro ut etiam in concione habenda.
3. Superstitiosus et quasi necromanticus.
4. Dnus Henricus Mihaelis sacellanus in Welscheidt deposuit, quod molitor quidam ægrotus sibi retulerit pastorem sibi assignasse, imo dedisse aliquid aquæ et ac dixisse 2da nocte qua molitor ingressus esset paguum fuisse veneficijs infectum; famulus vero ut ægrum de remedij efficacia assecuraret, dixit in formalia hæc amice si vis, pastor hominem revelabit tibi qui te fascinavit.



hæc deponens ex ore ægrotantis; ceteroquin de miris varijs ac scandalosis circumcursitationibus ad nauseam usque audivit referri.

5. benedicit stabula, bestias etc. in alienis parochijs, et quidem subreptitie et furtim insijs locorum pastoribus qui omnes in vicinia uno ore reclamant, et scandalosas benedictiones improbant nescientes, qua authoritate, et quis easdem approbarit.

Dnus pastor in husingen personaliter conquestus, quod pastor in Contzumb furtive intret suam parochiam et per benedictiones causet scandala et miras suspiciones ac graues discordias, nec constet ubi artem medendi addidicerit, ac persæpe prohibet ne revelet se ibidem fuisse

Dnus pastor in montzhausen dum audijsset de ingressu dicti pastoris in suam parochiam, dixit, si possem illum deprehendere, togam eius lacerarem; ac proinde optaret similia corrigi ob malum exemplum.

Dnus pastor in Brandenburgh philippus Jarrians similiter deposuit de miris suspicionibus, quæ cum graui periculo suboriunt.

Et hæc omnia scripto testimonio testati sunt illi

probata vita sacerdotes.
tota vicinia contra has superstitiones clamat, et finem imponi
omnino desiderat.

R. P. Georgius Schenll pastor super præmissis interrogatus
respondet quod soleat benedicere aquam, illamque tradere
hominibus, vel bestijs ægris, una cum cera benedicta; cæterumquin
de nulla superstitione se scire, ac proinde omnia reliqua negat:
probante quasi contrarium fama publica, testantibus
diversis sacerdotibus fide dignissimis.

Inquisitum undique super præmissis, num veritati forent
consona, et tandem repertum ab omnibus promiscue affirmari.
ideoque

Cum honorabilis P. Georgius Schenll ordinis SS.mæ
Trinitatis et pastor in Contzumb virorum Ecclesiasticorum
probatæ vitæ, famæ et fidei tam vocali, quam scripto
testimonio, concurrente etiam fama publica de exercitio
medicinæ scandalosæ nominatim quod se invitis et insciis
pastoribus in eorum parochias intrudat, et suas benedictiones
clanculum faciat, cum gravi offensione pastorum et scandalo
vulgi, hinc ob hanc aliasque causas nobis notas et animum
nostrum moventes iudicamus illum pro salute animarum
ab administratione parochiæ amovendum, et cum revocatione
omnis iurisdictionis pastoralis ab Ordinario ipsi
concessæ, ad monasterium suum esse remittendum, prout
hisce amovemus, remittimus, et revocamus respective.



in cuiusque locum D. Collator alium magis idoneum
substituet. Decretum Viandæ die 3a. may 1677.

Adverte si P. Minister neglexerit præsentare personam
idoneam intra terminum a Jure Statutum, fore: ut dictum
beneficium conferatur ex Jure devoluto.

Adverte 2do quod conventualem præsentarit pro
administratione huius parochiæ R. P. Minister.

# Rodt

Denunciatio facta contra honorabilem Dominum Joannem
Pott pastorem

1o bonorum fabricæ administraoem assumpsit, eorumque pro
libitu suo dispensationem sine interventu Synodalium.

2. Quendam parochianum reiecit a sacramento poenitentiæ
in Paschate, eo quod esset debitor Ecclesiæ, nec solvere vellet
sibi solutionem vetantibus iidem synodalibus.

3. negotiatur cum frumento et pecoribus, et pecuniam ad
usuram exponit, emit et vendit Equos etc.

4. Ebriosus et tum rixosus, et tumultuosus in medijs plateis
iurat, ac cum sua ancilla scandalose contendit.

5. Item cuidam rustico quinque imperiales mutuos,
unde pro annuo interesse deliberaret duas vecturas

ligni, item sestertium frumenti, et mensuram butyri, hic
vero debitor est ex Walsdorff
6. excitavit turbas publicas in populo ratione contributionis,
persuadendo de non solvendo eam gallis.
7. inter legendas horas visus multoties contendere.
8. pendente lite inter ipsum et P. Weiler contenderunt invicem
in templo publice, et contumeliosis sese verbis alter alterum
impetijt, calicemque subduxerit, quo minus P. Weiler celebrare
posset, cum gravi quidem offensione et scandalo circumstantium.
9. si quid puniendum sit, punit sine interventu synodalium.
10. aliquoties abfuit a parochia sine substitutione alterius
licet nonnulli infirmi essent; tamen ex officio charitatis
supplevit R. P. Curianus pastor Viandensis.

hisce praemissis ex Commissione Revmi Dni Epi facta
formalis informatio super vita et moribus, honorabilis
Dni Joannis Pott, desuperque auditi testes septemdecim,
qui deposuerunt, ipseque pastor ad ea respondit, prout in
actis latius, finaliterque rogavit, ne ulterius testes audi=
rentur, ac tandem querelis et responsionibus brevis decretum.

Cum Honorabilis Dnus Joannes Pott pastor in
Rodt Viandae, super varijs, ijsque gravibus et scandalosis
in administratione curae pastoralis commissis excessibus,
nominatim in excitandis fovendisque perpetuis litigationibus
tam



tam in quam extra judicialibus cum suis parochianis ac
alijs simul etiam in illicitis et usurarijs negotiationibus et
questibus turpibusque et characterem sacerdotalem indecentibus
suis partim per legitimam informationem et testium
depositionem convictus, partimque confessus cum tanta exacerbatione
parochianorum cuiusvis ordinis et offensione, ut nullus omnino
in vinea Dni sperandus fructus, quin potius gravius in dies
incrementum scandali et detrimentum, et certa animarum pernicies
verenda sint, hinc malorum horum torrenti opportunis remedijs
occurrere volentes: authoritate officij nostri mandamus praedicto
Dno Joanni Pott, ut sub poena privationis beneficij ipso facto
incurrenda parochiam suam in Rodt infra mensem a data huius
cum alio permutet, servatis tamen de iure
servandis: quod si infra terminum dictum mandatis nostris
non paruisse sit compertus, eo casu liberum erit collatori
beneficium tanquam vacans alteri magis idoneo conferre.
Insuper etiam pro maiori ~~ref~~ reparatione dati scandali, in
decem flor. aur.: quorum quinque suburbano Viandensi
sacello ad dictam parochiam Rodt spectanti, reliquos
vero quinque ad alios pios usus applicandos multamus,
et una cum expensis huius informationis moderamine
nostro salvo condemnamus. Decret. Viandae die 4a may 1677.

Notandum quod Dno Pott terminus fuerit
prorogatus usque ad festum Sti Joannis Baptistae, quo
elapso Dnus Collator contulit eandem parochiam

K

vigore missiuæ cuiusdam Wilhelmo Funck presbytero qui investitus, et debito placeto munitus possessionem solitam cepit, quamvis Dnus Collator exigeret ab eo reversales contra communem juris et consuetudinis stylum de non agnoscendo ordinarium aliumque superiorem nisi ordinem Melitensem, quas ille noviter provisus, ne in= curreret tam apud Judicem Ecclesiasticum quam Laicum merito renuit extradere non obstantibus quibuscunque minis de cassando et amovendo illum, ni sub ea forma prout missa fuerat, expediret subscriptioque manus propria fieret.

Verum cautum est, ut junior provisus Dno Joanni Pott pro sustentatione necessaria concurrat, ne in senio negligatur.

Adverte quod praedecessor Dni Pott fuerit religiosus Trinitarius de Vianda Joannes Weyler qui vitæ fuit omnino vitiosæ, scandalosæ, ac tantum non militaris, qui in quibuslibet, ubi degerat locis, insignia absurdorum morum reliquit monumenta papilionum instar in hortis.



1. dum esset pastor in Olmischeidt tempore pestis, circiter quinquaginta homines neglexit, et confessionem pertinaciter denegando.
2. Neglexit infantes varios, quominus fuerint baptizati.
3. Cum D. Joanne Pott sæpe in publicis plateis verbis inju= riosis contendere coepit visus.
4. dum administraret parochiam Rodt, sæpius dormivit extra domum commendariæ, et non sine gravi suspicionis nota in ædibus rusticanis pernoctavit, hinc et inde
5. ebriosus et injuriosus et in exteriori vestitu absurdus ad nauseam usque, verbo toto dieh, vix nisi habitu gestat

Notandum in quod Campum sumptam informationem sed tam p. Minister, quam dictus Weyler rogarunt quatenus desisteretur ab ulteriori informatione; primus quidem pro qualitate excessuum correctionem exemplarem polli= cebatur, ac proinde ut suus ordini et conventui maneret honor

Ordinatum ut p. Weyler ob excessus antedictos et alios in habita informatione contentos per sex heb= domades in pane et aqua intra septa monasterij poeni= tentiam agat, et quidem in carcere, hanc dictus Weyler admisit flexis genibus, et p. minister executionem certa promisit; quamvis longe severiora contra eum statui potuerint.

# Neurbourgh

5a Maij.

Rev.mus et Ill.mus Dnus Epus solitis et consuetis caeremonijs ad Ecclesiam deductus fuit, et habito S. missae Sacrificio Sacramentum confirmationis incolis et advenientibus contulit.

Honorabilis Dnus pastor Hugo Streitz officio suo satisfacit, prout retulere synodales et alij.

Theodoricus Nicolai Synod.

1. Ludimagister negligens in docenda iuventute et in scriptis sedentes in superiori Tabulato strepitum excitant

2. pedibus maxime in hyeme.

3. Ludimagister excedit in exigendo Salario, nempe olim dati fuerunt quindecim stupheri pro qualibet prole per annum, nunc vero 4 flor. adeo ut multi tenuis et modicae conditionis ab scholae ingressu arceantur, et negligantur.

4. Doctrina christiana sat tepide servatur.

5. Sedes seu scamna templi indigent reformatione, prout etiam quaedam altaria.

Meinard Thiß Synod.
Wilhelm Dintz Synod.



Christian Fritz Synod.
Johan Schack Synod. ut supra.

6. Item paramenta admodum immunda.

7. Item hospitale non videtur usque adeo bene administrari iuxta finem a fundatoribus intentum, cum vix ullus recipiatur, ita ut communitas vix ullum solatium habeat.

8. Honorabilis Dnus Joes pacius dehonorat suum statum clericalem conversando cum quolibet scurra. Item caeremonias in celebratione omnino absurdas habet; nunc in hunc nunc in alterum sonum torquendo et flectendo vocem.

Dnus pastor conqueritur caupones tempore officij divini detinere externos advenientes, ipsosque parochianos, petitque desuper statui mulctam.

De Ludimagistro ut supra imo queritur eum totaliter ab officiatis dependere, licet ij scire non possint, num officium convenienter impleat, annon.

De primissario ut supra.

Dedit quaedam nomina inobedientium in solvendo mulctas ob delicta impositas.

Ordinatum

1. Dno pastori iniunctum serio, ut deinceps maiori diligentia lectionem Catechisticam servet.

2. superiorem portium tolli iniunctum ad vitandas insolentias
3. Altare in medio templi existens amoueri, prout et duo lateralia inferiora pro maiore templi decore et prospectu.
4. Scamna in meliorem et commodiorem redigi dispositionem
5. pauimentum eleuari.
6. Dno primissario seria monitio data.
7. agendum cum officiatis ut sacerdotem admittant, qui veniat in partem curæ pastoralis, et iuventutem sedulo instruat.
8. Joannes Stumpf neglexit suam uxorem, quo minus S. Sacram. fuerit præmunita infra triduo multam a D. pastore et synodalibus impositam soluet sub poena dupli.
9. Dietz bauler similiter mortuus.
10. Lutz burschmidt itidem neglexit suam uxorem, et quidem temerarie.
11. reliqui in charta etiam descripti, et puniti quidem sed hactenus inobedientes detrectarunt; hinc aucta est mulcta, et mandatum Dno pastori, ut omni die Dominica post concionem nomina rebellium publice legat, usque dum per omnia satisfecerint.
Aduerte quod D. pastor expost comparuerit referendo quoad omnia satisfactum in solutione mulctarum antedictarum.



## Oberweis Decan. bidtburgensis

Honorabilis Dnus Joannes Willibrordus Enschringen pastor grandeuæ ætatis, ita ut vix polleat ullo sensu, ac per consequens pastoralis curæ omnino incapax nam
1o Diu catechesis neglecta.
2. eadem ratio de concione.
solet tamen D. pastor docere orationem Dominicam etc preces, easque breuibus explicare.
3. Computus Fabricæ fit coram officiatis temporalibus, ubi expensæ excessiuæ fiunt, adeo quod media exhauriantur.
Ut uero tam pastori quam parochianis consulatur: Revmus Dnus deputauit D.D. pastores in Warweiler et Neo-castro ut redditus parochiæ examinent mature ad videndum ut de coadiutore prouideatur, relicta seniori Dno competenti sustentatione. habitisque oculari inspectione loci, ac informatione præfata.

Ordinatum.
Honorabilis Dnus Joannes Schröder datur et deputatur in coadiutorem annuentibus Dnis quorum interest: Cumque hon.li Dno Enschringen ob prouectæ ætatis impedimenta incapaci idoneum coadiutorem assignauerimus, denominauerimus ac constituerimus, dataque ad eum effectum commissione, habitaque super redditibus vniuersis supra dtæ

Parochiæ informatione de 13a eiusdem mensis, alysq3 considerandis consideratis, hinc ordinamus, ut ante denominatus coadjutor prætacto Dno Ensihringer, victu statui clericali congruum ad dies vitæ procuret insuperq3 omni et quovis anno pro toga clericali alysq3 necessarys in parata pecunia solvet in profesto Sti Jois Baptistæ decem imperiales. Supradicto autem Dno Coadjutori universos et singulos redditus et proventus, ac emolumenta adiudicamus, mandantes sub pœnis juris authoritate officy nostri et in vim commissionis ArchiEpalis prævioq3 placito regio incolis et parochianis loci nuncupati Abrewrio, ut de universis proventibus ei integrè respondeant et responderi faciant, dando insuper et concedendo sub clausulis et conditione supradictis plenam et liberam potestatem ordinarys Collatoribus et patronis toties nominatæ parochiæ, ut de ea per legitimam præsentationem mentionato Coadjutori provideant.

## Wiesmesdorff Die 5. Maij

Synodales asserunt honorabilem Dnum Henricum Cannart vix posse muneri suo satisfacere ob senium, Concionem et catechesim intermitti, etiam graviter audire pastorem.

NB Negotium hoc mansit in suspenso ad videndum, num et hic de opportuno remedio possit provideri, ne parochia negligatur cum gravi animarum præiudicio.



## Weidingen

5a Maij.

Synodales citati comparuerunt deponentes:

1o Quod Catechesis raro fiat extra quadragesimam.

2. Sacristia nimium angusta

3. Pensiones annuæ non impendunt ad augmentum et decorem templi, sed rursus collocantur ad censum annuum.

4. magnæ fiunt expensæ coram officiatis sæcularibus, dum habetur fabricæ computus.

Dnus Wilhelmus Hinckelman pastor allegat negligentiam parochianorum in frequentatione lectionis Catechisticæ.

De religuis ut supra

Cœmiterium non est clausum.

## Ordinatum.

Fabrica deinceps annuos census impendet ad procurandam Suppellectilem necessariam templi, aliaq3 quæ pro maiori

Domus Dei decore faciunt, ne pii fideles intentione sua fraudentur, ac fabrica ditescat, templum vero vilescat.
Item permittimus, ut fabrica Ecclesiæ Weidingen pro hac vice medios sumptus contribuat pro reparatione cœmiterii.

## Eschfeldt

Uebers Schiss synod.

1. D. pastor non comitatur suos supplicantes in Weidingen.
2. non exequit mulctas delinquentibus impositas.
3. festum transtulit dedicationis, in diem SS.mæ Trinitatis, et alias solebat celebrari Dnica post SS. Philippi et Jacobi.
4. in Binscheidt non satis diligenter catechizat.
5. nimis facilis in danda venia laborandi diebus festis, sine interventione synodalium.
6. non indicit annuatim Synodum.
7. non vult pati dari signum campanæ, dum ad ægrum defert SS.
8. negligens dum interpellatur pro administratione sacram. in exteris pagis.

Idem deponunt.
Stäunen Michaell.
Petrus Hecht.
Gerardts Fritz
Michael Schmidt de Roscheidt
Marx Gerardt de Binscheidt
Apol Dinz
Matthias Fritz de Ottfeldt Synodales.

Ad præmissa interrogatus D. Joannes Petrus Koss pastor et Trinitarius conventualis de Vianda respondet
Ad 1m. se non teneri.
Ad 2m. suum non esse exequi.
Ad 3m. negat se festum dedicationis transtulisse, sed tantum in domo sua ob ordinem suum se servare cum venia, alias solennitatem officii divini fieri more consueto.
Ad 4m. non potest toties fieri ob distantiam.
Ad 5m. negat.
Ad 6m. nihil singulariter actum, ac proinde non duxerit necessarium convocare.
Ad 7m. negat se unquam prohibuisse nisi tempore morbi periculosi ne homines terreantur.
Ad 8m. negat.
Non est obstetrix iurata.

## Ordinata

Cum pro publico bono communitatis necessaria sit

obstetrix iurata, hinc uxores eligant unam, quam officiy sui capacem et idoneam crediderint, eaque sic electa solitum dein iuramentum praestet iuxta agenda Trinsem

2. Pastor consideret mature causas et motiua, antequam dispenset cum suis ad laborandum diebus festis, dispensare enim sine lege sine causa urgente, est dissipare legem.

3. Incumbit pastori, ut suos ex more Ecclesiae antiquae supplicantes comitetur sub poena Ordinario reseruata.

## Olmischeidt

6a May.

Pastor Petrus Lemmer Conuentualis viandensis parochiam a paucis annis administrat et in satisfactione petyt ob tenuitatem redditum facultatem binandi.

## Stockem

6a May. Stockem

Caspars Claso, et Junas Philips synod. referunt quod Ecclesia in malo statu et ruinosa, unde sint

in lite coram consilio Regio Luxemburgensi cum haeredibus defuncti Dni Pastoris, interea vero omnia pessum ire. 

caeteroquin commode administrari per D. Pastorem.

## Ordinatum

Authoritate officiy nostri mandamus parochianis in Stockem, ut sine ulteriori tergiuersatione prouideant de reparatione Ecclesiae parochialis, curent etiam, ut templum fenestris, porta et ferys infra octiduum ab insinuatione legitima debite et sufficienter instruatur et muniatur, quo termino elapso nisi paruerint, volumus rebelles et contumaces communibus Ecclesiae parochialis suffragys et sepultura Ecclesiastica priuari et ut priuatos Dominica proxima ab elapso termino e cathedra pro= mulgari hoc nostro decreto vernacula lingua exposito. Decretum in Neo= Castro die 6a may 1677.

## Liechteborhn

Die 6a may.

Tam synodales quam parochiani voce unanimi et consona declarant ac deponunt, quod D. Pastor

Philippus Jacobi satisfaciat officio suo prorsus aedificative et exemplariter, omniaqz in statu honestu redigere conetur

## Bettingen

D. pastor Joes haster cum suis synodalibus comparuit citatus in Neo=Castro et hi quidem primo audit:

Heckm Theod synod. quod

1. pastor recipit pro apertura terrae sepulturae 18 asses
Item de iuramento noviter electi synodalis 10 schillingos
2. de dimissorys tantundem.
3. petit publicari anniversaria septem, de quibus
4 stipendium annuatim penditur, ut innotescat ea servari.
4. negligitur sacru quindenale, quod alias celebrari consuevit in wettlingen.

Nicolaus bartz synod.

Bartz Joachim ut praeced.

Erasmus Theodoricus Gutz

De anniversarys ut supra.

De sacro quindenali in wettlingen ut supra.

5. Confraternitas Doae Xtianae negligenter habet.
6. et ad eam celebranda invitant plures sacerdotes, quam



illa possit solvere.

De iuribus aperturae terrae l. ut supra.

7. nulla camera aut sedes, quamvis redditus sufficientes.
8. Ecclesiae fenestrae indigent reparatione
9. pastor negligit deducere suos parochianos suppliantes ad loca ex more antiquo solita.
10. negligens in Catechismo.

Honorabilis Dnus pastor super praemissis interrogatus respondit.

Ad 1m. se iura sic reperisse, dum intrasset parochiam.

Ad 2m fatetur se recepisse imperialem.

Ad 3m totidem, pro qualitate tamen personaru.

Ad 4m nescit obligationem, quamvis ut plurimum legerit, item quod nulla sint paramenta necessaria.

Ad 5m se facere quod suum est.

Ad 6m sibi perinde esse; quamvis pauciores invitari avidat.

Ad 7m et 8m se optare omnia fieri pro maiori decore templi.

Ad 9m allegat difficultatem gressus ob senium.

Ad 10. fatetz aliquam negligentiam.

### Ordinata.

Cum R. D. Joannes haster pastor in Bettingen ob negligentiam sacroru ad quae de iure vel consuetudine

legenda tenet, omissionem itidem satis frequentem
lectionis Catecheticæ, accusatus, convictus, et respec
confessus fuerit, adeò ut desuper parochiani congestè
scandalizati credant intentioni fundatorum non satisfieri;
1. hinc dicto Dno sub poena arbitraria mandat ut deinceps lectionem Catecheticam singulis vel saltem
alternis Dominicis faciat.
2. publicet anniversaria, quæ olim in alt bettinger
legi solita.
3. sacrum quindenale in wettlinger et hosr celebrabit
usque dum aliud desuper visum fuerit statuere, interea
tamen ij, qui ad Capellæ paramenta tenent, de
necessarijs prius provideant ad SS. missæ sacrificium
peragendum.
4. Quoad iura inhumationis conformabit se D. Pastor
statutis authe ArchiEpali erectis.
5. sedes amoveant, ac novæ decentesque substituantur,
prout convenit et decet, et si qui contumaciter resistant
volumus eos tanquam inobedientes Ecclesiæ filios
spiritualibus eiusdem suffragijs privari, hancque ipsam
nostram ordinationem publicè e cathedra populo
lingua vernacula promulgari et exponi.
6. Quos etiam parochianos in publicis, et in Ecclesia sua
parochi.



parochiali consuetis supplicationibus deducat et
reducat.
7. pro emendapijs usibus applicanda mulctat ad 2 flor. aur.
Decretum in Neo Castro die 7a maij 1677.

## Berbourgh

9a Maij

Dnus pastor Hieronymus plumblingh cum suis
synodalibus Epternaci comparuit.
1. Dnus Decanus conqueritur, quod D. Pastor nolit in
Capitulo comparere sed se eximere absque ulla sufficienti causa.
2. Synodales referunt quod Ecclesia sit ruinosa, et pastor
recipiat totas decimas.
3. D. Pastor cum diversis habuit processus iniuriarum,
unde oriant non exigua scandala.
Quod pastor non sit exemptus, ex eo patet, quod prædecessor ipsius fuerit definitor Capituli Merschensis.

Decretum

Cum ex litis et contentionibus D. pastoris, scandala
et animorum exacerbationes hactenus exorta, præterea
etiam contra constitutiones ArchiEpales in Capitulo
christianitatis Merschensi contumaciter detrectarit
comparere, hinc sub poena suspensionis ab officio
incurrendæ ipso facto mandamus supradicto D. pastori

Ut deinceps a pruritu excitandi processus, non modo abstineat, sed etiam Capitulum pro ut juris et Styli deposito quocunque praetextu imposterum frequentet, ac reverentiam et obedientiam debitam Dno Decano rurali exhibeat, et pro mulcta pijs usibus applicanda solvet duos flor. aur. Decreto Epternaci 9a maij 1677.

# Flaxweiler

Honorabilis Dnus Hubertus Fabritius et Synod. citati Epternaci comparuerunt.

Meijner Johannes Courardus Synod.

Ecclesia ruinosa.

Coemiteriu non satis clausum.

Ancilla Dni pastoris ante hac passa est suae virginitatis naufragium, extra aedes tamen pastorales.

Stephanus petrus synod. Johannes Wagener, Michaell blum synod. deponunt ut supra.

Dnus pastor spondet dimissionem ancillae suae

## Ordinatum

D. pastor ancillam diffamatam intra duas



quindenas quocunque praetextu non obstante sub poena suspensionis ipso facto incurrenda dimittat extra aedes pastorales, conveniens enim non est, ut ea, quae tanto fuit scandalo christi fidelibus, domum clericalem dehonestet. Ulterius serio injungitur, ut doctrinam christi anam pro posse et nosse studeat promovere.

Decreto Epternaci die 9. maij 1677.

# Manternach

Synodales deposuerunt.

Erich Claso

1o. D. pastor nimium connivet, si qui deferant delinquisse

2. ancilla nimium familiaris pastori, nam in eadem mensa comedit, et desuper a synodalibus admonitus.

3. a longo tempore non fecit computu fabricae.

4. victum adventantibus clericis datum posuit in computu fabricae allegans eos non propter se, sed parochianos advenire.

Cruzner frantz synod.

De ancilla ut supra, eamque ob scandalu amovendam indicat.

5. porci Dni pastoris dehonestarunt coemiteriu, dumque deponens id aegre ferens reprehendisset inspectante

ancilla, verbis sat absonis exceptus fuit.

De computu Fabricæ ut supra.

6. emaret et Capitulo rurali.

Honorabilis Dnus Joes Burgh super præmissis interrogatus respondet.

Ad 1m delinquentes se se opponere ut plurimum, nec executione haberi sine interventu Dnorum Temporalium.

Ad 2m fatetur quod ancilla secum comedat.

Ad 3m ante duos annos se reddidisse computum.

Ad 4m fatetur.

Ad 5m allegat negligentiam parochianorum in procuranda coemiterii debita clausura.

Ad 6m fatetur.

## Ordinata

Injungitur Dno pastori ut sub poena suspensionis ab officio sequentes defectus emendet.

1º ut ob nimis familiares et alys suspectas cum ancilla sua conversationes dimittat illam intra mensem.

2º computum fabricæ de annis præteritis coram Synodalibus reddat, et pro futuris temporibus Mamburnum constituat, qui Ecclesiæ interesse observet, neque ollatenus ei licitum fuit, nec erit, ut victum quem religiosis præbuit,



vel præbebit fabricæ solvendum assignet.

3. ut deinceps quomunque prætextu seposito sub poena arbitraria Capitulum frequentet ac reverentiam debitamque submissionem D. Decano suo rurali exhibeat, et pro contumacia sua mulctatur ad unum flor. aur. Decretum Epternaci die 9a. may 1677

## Constorff

Synodales conqueruntur.

1º quod pastor omnia oblata in festo Sti Bartholomæi recipit bene magna, nihil cedere ecclesiæ.

2. Anniversariorum fundationes penes se habet extra notitiam parochianorum.

3. a festo Sti Martini usque in hunc diem non nisi semel concionatus.

4. iam a 40 annis vix unquam Catechismum habuit.

5. a multis annis ancillam habet cum filio suo eiusdem non sine gravi scandalo et offensione parochianorum. cum tamen suos habeat propinquos eosque pauperes, quorum opera honestius uti potest.

6. pecora D. pastoris sæpius in coemiterio reperiuntur, et dum quidam ea ex illo abigere vellet, ancilla Domini pastoris omnes ei dæmones imprecata.

Honorabilis Dnus Georgius Brüningh pastor super præmissis interrogatus respondit.

Ad 1m fatetur.

Ad 2m negat.

Ad 3m fatetur rarius concionatu ob senium.

Ad 4m prætendit negligentiam parochianorū in frequentanda catechesi.

Ad 5m negat se unquam quidquam mali de ancilla audysse.

Ad 6m aliôs sua itidem immittere peiora.

Cum honorabilis Dnus pastor super varys ysqz gravibus excessibus et negligentys in docendo et catechizando populum suum, iam a 40 annis non sine gravissimo et irreparabili animarū et forsan salutis æternæ dispendio partim convictus partim confessus sit, suamqz allegarit incapacitatem ob senium mandamus.

1. Vt sacellanum quem incolæ in Bertorff hactenus suis sumptibus ipso consentiente assumpserunt pro spirituali suo solatio ibidem patiatur, et cum exigua sit alimentatio, veniet in eius subsidium cedendo omnia iura stolæ et anniversaria in dicto Bertorff, sine præiudicio tamen successorum, ea etiam lege ut prætactus



sacellanus præter officium quod hactenus ad instantiam incolarū istius loci præstitit, singulis quindenis in Constorff concionem habeat, nisi malit ipse pastor per semet ipsum concionari, catechismū vero etiam alternis quindenis in Ecclesia dicta parochiali.

2. Offertorium quod sub sacra missarum solennia id est sub sacrum pastorale in altari fit, totum cedet ipsi pastori, reliquum autem pro una tertia tantum, duabus alys tertys fabricæ relictis.

3. Anniversariorum cathalogum seu fundationes deponet penes mamburnos, vel saltem in codicem redigi curet, et adictis mamburnis administrari curato, vel consueto salario contentus, et reservata sibi inspectione, et annui computus auditione.

4. Vt pecora sua abs coemiterio arceat, et arceri faciat sub poena duorū flor. aur. toties, quoties, in eumqz finem curabit dictum coemiteriū a parochianis muro competenti cingi.

5. Ancillam eiusqz proles et nepotes ab ædibus suis dimittat infra mensem, sub poena quinqz flor. aur. et suspensionis in casum contumaciæ.

6. pro emenda pys usibus applicanda 3 Laur. in auro

Decreto Epternaci die 10. may 1677.

prælectum vero præsentibus D.D. Matthia Petri pastore

in Bettwingler et Hieronymo plumblings pastore in berburg.

## Borhn ad suram.

Synodales contra honorabilem Dnum Michaelem Leonard pastorem suum deponunt.

1. Concio saepe intermittit.
Catechesis vix unquam seruatur, nisi aliquot vicibus per quadragesimam.
et caeteras querelas per libellum supplicem specificarunt ad quas Dnus pastor pariter in scriptis et ore tenus respondit.

Ordinatum

Viso libello a Synodalibus porrecto, responsionibus Dni pastoris marginalib9 et replicationibus ordinatur ut Dominus pastor per quatuor dies in pane et aqua faciat poenitentiam apud ff: Alexianos cum districta inhibitione de non portandis armis contra parochianos. Decretum Treviris die 14 may 1677.
Vigore cuius decreti statim deducitur ad locum poenitentiae.



## Vseldingen

Parochiani querelas quasdam proposuerant quidem contra R. P. Rectorem Collegij Luxemburgensis, sed causam suam non fuere prosecuti, licet eisdem responsio praedti patris legitime insinuata et communicata fuisset, ac proinde supplicato imponi eis perpetuum silentium.

In causa querelae sub nomine synodalium et parochianorum in Vseldingen dioecesis Trevirensis et ducatus Luxemb. ex vna contra, et adversus R. P. Rectorem Collegij Societ. Jesu Luxemburgi ex altera partibus in visitatione generali Archiepiscopali, nuper coram nobis summarie introducta. Visis iuribus libellis diversis supplicibus sub litt: A et C praefatorum synodalium et parochianorum replica R. P. Rectoris Collegij supra dicti, diversis nostris decretis de 26 Aprilis, 8a, et 28. may currentis anni 1677. extractu visitationis cuiusdam de anno 1613 ab actoribus in forma non authentica exhibito, responsione P. Rectoris cum annexis varys authenticis extractibus registrorum et missivarum sub litt. A. B. C. D. E.

usq; ad K. inclus. alÿs quæ in visitationibus similibus de iure summarie considerari possunt et debent mature perpensis, causam hanc ex officio pro conclusa habentes per hanc nostram sententiam, quam in his scriptis Christi nomine invocato ferimus, dicimus, decernimus, et declaramus R. P. Rectorem Collegÿ Societ. Jesu Luxemburgi eiusq; successores ab instituta querela absolvendos et synodalibus, alÿsq; parochianis in Vseldingen perpetuum silentium imponendum, æditum vero pro tempore existentem ad prestationem annui census in actis declarati condemnandum fore et esse: prout hisce absolvimus, imponimus, et condemnamus respective expensis iustis de causis compensatis.

erat subscriptum

J. H. Anethan Eps Hierap. Suffrag. Vicar. Generalis et Offlis Trasis Visitator Archiepalis

Ita annotavi et protocollavi Ego Joes Michaël Heinster archiepalis parochia



Sub titulo S.ti Laurentÿ M. Treviris pastor Protonots Aplicus per Ducatu Luxemburgen et Comitatus Chiniacen admissus ac Visitationis huius assumptus secretarius. præmissamq; eiusdem copiam citra tamen et absq; præiudicio iurisdictionis ordinariæ Archiepiscopalis /: de quo solennissime protestor :/ Consilio Regio Luxemburgen communicavi ex moto Ill.mi ac Rev.mi Dni Episcopi Visitatoris. In fidem et robur apposui consuetum protonotariatus mei signetum

A

83

83